




NATIONAL LIBRARY OF MEDICINE
1836


Surgeon General's Office
LIBRARY.
Section, Formularies
No. 6145

J. J. Fatmulaires

Instrue præceptis animum nec
discere cesses
Nam sine doctrina vita est quasi
Mortis imago.
Dion: Catal. 3.

Medicamenta tibi sint certa et pauca
usurpanda, eaq; quibus maxime usu
fidere possis. Nam si volueris multa
assequi multiplici sensuum varietate
eo venies, ut nulli tuto confidere possis.
Aphoris: XIX Joan: Damasceni ad Filium.

Invenire aliquid eorum, quæ inventa non,
dum sunt, aut semiperfecta ad finem
perducere, scientiæ votum ac opus eē videtur
Hippocrat: lib. de Arte.

Argentorati.

MDCCXXII.

d. 9 Octobr:
hæc
scripsit



also under (J) G. M. D. in author.

3.

* * *.

Non fingendum aut excogitandum, sed inveniendum quid natura faciat, aut ferat. BACON.

* * *.

Artem Experientia fecit, exemplo monstrante viam. MANILIUS.

* * *.

Sacra sacris hominibus cōmunicanda; profanis vero nefas, prius quam scientiæ mysteriis initiati sint. HIPPOCRATIS Lex. No. 3.

* * *

Bonus magister experientia est: Opus est vero, et ipsum periculum facere, imperientia namq; timoris causa est.

ARETÆUS CAPPADOX. lib. II. c. I. de morb: acut.

* * *.



D. Meisner.
Conc. XXVII. de Noviss:

Maximum eorum, quæ scimus, est minimum eorum, quæ ignoramus. Omnis enim nostra scientia, quando ad summum pervenit fastigium, est verbum defectivum, cujus clausula est:

CÆTERA DESIDERANTUR.

Gregor. Naz:

Quemadmodum inutilis est Pietas, si Scientia discretione careat: Ita nulla est Scientia, si utilitatem Pietatis non habeat.

In Medico ee debet pecuniæ contemptus, pudor modestia in vestitu, judicium, lenitas, urbanitas, munditiies, recta eloqutio, superstitionis aversatio, et præstantia summa. Insunt quoq; in Medicina, quæ requiruntur ad coercendam intemperantiam inscitiam, avaritiam, concupiscentiam rapinamq; ac impudentiam Hippocrat: de decent: orn: ᛫. 5.

De Medicina.

De inventoribus Medicinæ varii, variis habuerunt opiniones. Naso Apollinem Medicinæ inventorem statuit, eundem enim loquentem hoc modo introduxit.

Inventum Medicina meum est, opiferq; per orbem
Dicor, et herbarum est subjecta potentia nobis.

Metamorph. Lib. 1. v 521.

Parens Poesis, Homerum volo, Pæonem (Iliad Libr 5. narrat Martem à Diomede vulneratum, auxilio Pæonis, dolorem lenientia medicamenta inspergentis, curatum fuisse) Æschylus Prometheum: et Pindarus Chironem: Ægyptii v. teste Diodoro Siculo Isin credunt Medicinã invenisse. vid Barchusen Hist: Medic: Dialog: 1. p. 2. seq.

Medicinam quondam paucarum fuisse scientiam herbarum, quibus sisteretur fluens sanguis, vulnera coirent pauslatim memoriæ prodidit Seneca Epist: ad Lucill: XCV. vid Barchus: Hist: Med. Dial. 1. p 19.

Sectæ Medicorum principes tres fuere et vigu: ab Hippocrate usq; ad nostra tempora floruerunt 1 Dogmatica, 2 Empirica et 3. Methodica vid. Barchus. l. c. p 22.

A multis, ybi iter medicinam olim fuisse studium servis tantum proprium, verum contrarium multis exemplis probari potẽ, sic Chiron. Æsculapius. Machaon et horum posteri in summo honore à plerisq; nationibus habiti sunt. Quotusquisq; nescit? Hippocratem Dioclem, Erasistratum etc: et apud ipsos Romanos Asclepiadem, Celsum, Sextium, Nigrum, Juliam Bassum etc: non servos sed liberos homines fuisse et ab omnibus honorificentissime appellatos vid Barchus. Hist: Med. Dial. 1. p. 11.

Tempore Cæsarum plures medici in honore magno habebantur. Ipse Julius Suetonio Scribente omnes Medicinam Romæ professos, civitate donavit Bauh. l. c. p. 12.

Ipse Augustus, quos honores, quam pecuniæ copiam non dedit Antonio Musæ propter egregiam sanationem in se institutam. Præter hoc concedebat ipsi libertus enim erat, usum anuli, equitibus alioquin familiaris tantum vid Barch. Hist. med. Dial. 1. p. 13.

Finem Medicinæ duplicem statuit Bohn: ipse primarium ẽe sanitatis conservationẽ atq; restitutionem: alterum v. seu secundarium ẽe Justitiæ in quibusdam causis administrationem curationem. vid: Lib. de Offic: medic: duplic: Part: 2. de offic: Med. Forens. c. 1. p. 532.

DE MEDICINA.

Methodus mathematica eximiæ utilitatis ē in medicina ut in omnibus aliis scientiis, quod suo jam tempore divinæ scientiæ Princeps cognovit hinc ad Thessalum filium ita scribit: Ad cognoscendam geometriam et numerorum scientiam, mi fili, multum studii adhibeto, non solum enim vitam tuam illustrem et ad multa comodam in humanarū rerum statu efficient, sed et animam acutiorem, et clariorem reddent, ad omnium, quorum usus in medicina expetitur utilitatem consequendam. Etenim geometriæ cognitio, quæ multiformis ac varia ē, et omnia cum demonstratione transigit, utilis erit, quapropter ad hujusmodi experientiæ facultatem pervenire sedulo stude. vid. Fr: Hoffm: Tom. 1. Syste: med: p. 41.

Deorum im̄ortalium inventioni consecrata ē ars medica videlicet Tuscul: Quæst: Libr: 3. dii primum inventores suos assignavit Medicina, cœloque dicavit Plin: Lib: 29. c. 1. vid: Le Clerc Hist: de la Medicine Prem: Partie Lib. 1. c. 2. p. 3.

Duplex est officium Medici, alterum hominem à doloribus, à morbis ac matura morte vindicare, alterum ægritudines, quibus corpus affligitur jam præsentes arte depulsare vid: Præfat: Frid: Hoffm: in Medicin: Systematic: Tom. II.

Existimatio Medici valde infringitur et cadit, si vel temerario ausu quoscunque Morbos, etsi graviores fuerint vilipendat, atque felicem eventum in omnibus sperare jubet, velut multum fecisse videatur, levioribus quoque pathematibus magnum periculum tribuat, cum è opposito, in priori casu ægri sub optima restitutionis spe moriantur; in altero vero sine periculo, nedum perceptibili, quin dicam notabili convalescant, et id quod utrumque vel impostorum vel imperitorum est, vid. Tom: Diss. 6. Diss. 15. Dan: Goschwitz: p. 4.

Medicinam cito addiscere non est possibile, propterea, quod impossibile sit, statam ac certam doctrinam in ipsa fieri Hippocrat: de Loc: in Homine t. 50. et in Epistola ad Democritum. Ego ad finem medicinæ nondum perveni, licet jam senex sim, neque etiam ipsius inventor. Æsculapius. vid: Bohn: de Offic: med: duplici: p. 7.

Tanta artis salutaris dignitas est atque potestas, ut non modo ad vitam cum sanitate tuendam, morbosasque affectiones persanandas, salutaria suppeditet consilia atque auxilia sed et Jure Consultis, in gravioribus casibus, ubi de hominis vita et morte fama et felicitate agitur viam monstret, et fundamentum suggerat, cui innitentes, ipsi postea quod Justitia poscit decernere possint et exsequi vid: Diss: Fr. Hoffm: De Læsionibus Externis Abortivis, Venenis ac philtris Tom. Diss. 7. Diss. 25. in proœm: lege

De Medicamentis in Genere.

Per medicamenta intelligo non ea tantum quæ è pharmacia petuntur, sed omnia ea, quæ in salutem et auxilium idonea et morbis oppugnandis apta existunt sive ad alimentorum sive pharmacorum vel in elementorum classe vel alias res externas sint referenda. vid. Frid. Hoffm. Diss: de usu et abusu benignorum remediorum p. 5 seq:

Recte in ~~div~~ remedia in blanda et benigna, vel in fortiora et violentiora, sive securiora et minus secura soleant dispesci. vid. Diss: Hoffm: alleg: in §. subin.

Per benigna remedia indigitamus illa, quæ moderate agunt, blanda sunt, neque facile majori etiam quantitate exhibita, corpus sanum et validum afficiunt vid: Fr. Hoffm. Diss. alleg. p. 6.

Insecura remedia dicuntur, quæ validiori naturæ minus amico principio instructa, minori in dosi exhibita vehementer commovent fortes evacuationes vel provocando vel valide motus naturæ sistendo.

De Empiricis.

Scatet ejusmodi medicastrorum turba sub Ciarlatanorum seu Charlatanorum nomine, non Italia tantum, quæ ideo Provincia seu Patria Ciarlatanorum audit sed Anglia quoque, Belgium, Gallia imprimis Metropolis hujus Lutetia, Ast de Germania haud inique vulgari proverbio adseritur Plus esse medicastrorum in hac, quam muscarum sit in Armenia: seu prout nonnemo scriptorum ait, Copia passim Medicorum (Medicastrorum) Germania ita fere obruitur, ut vel Medico opus sit, qui a Medicis illam purget. vixque ullus terrarum angulus qui non ab infectis his inquinetur. Quippe.

Fingit se Medicum quivis Idiota,
sacerdos, Judeus, Monachus, Histrio, Rasor,
Anus, Miles, Mercator, Cerdo, Nutrix, et Arator,
Lamia, Decoctor, Pharmacopola, Magus.

vid: Joh. Bohnii Tr: de officio Medici duplici Cap. III. p.32.

Causæ Empiricos foventes sunt juxta Patin lettre 118 ipsi Magistratus, ubi dicit, c'est la faute des Juges, qui les (agyrtas) souffrent adeo quidem ut de officiali quodam regio eminentioris ordinis et nominis lettre 149. scribat: Il est mort de la main d'un Charletan, lui meme, dont la charge etoit de chasser cette sorte des gens. etc. vid: Joh. Bohn: Tr: de offic: Medici: dupl: Cap. III. p.38.

La partie qu'un home de bon sens doit prendre par rapport à la Medicine, c'est de ne se fier pas au premier venu; car in hac artium sola evenit, ut cuicunque Medicum se professo statim credatur, cum sit periculum in nullo mendacio majus. Plinius Lib: 29. c. 1. vid: Hist: de la Medecine de M. Clerc p. 370.

De Empiricis.

Profecto inter omnes artes tam liberales quam mechanicas nulla tot impostoribus scatet quam sancta Medicina: hinc non sine magna ratione acutus Palingenius in Leone p. m. 106. et seq: jam suo tempore magistratum implorauit his verbis.

Vos quibus imperium est, qui mundi
 frena tenetis
Ne tantum tolerate nefas! hanc
 tollite pestem!
Consulite humano generi! quot
 nocte dieque
Horum carnificum culpa mittuntur
 ad orcum!
Vel perfecte artem discant vel
 non medeantur.
Nam si aliæ peccant artes tole-
 rabile certe est,
Hæc vero, nisi sit perfecta est
 plena pericli
Et sævit tanquam occulta et
 domestica pestis.

Ea est hominum infirmitas et credulitas ut sæpenumero agyrtam, sagam aut aniculam docto medico anteponant, et illos constat omnibus temporibus fama et opinione vulgi medicorum quodammodo rivales fuisse, et de curationum celebritate cum iisdem certare solitos, Est et altera causa, ægrotantium ingratitudo, quæ plerumque maxima est, quotiescunque maximis fuerint morbis sanati; Res scilicet institutum est ac geritur juxta veterem ironiam.

Dantur coquo minæ decem
 medico drachma,
Adulatori talenta quinque
 Consultori fumus.
Scorto talentum, Philosopho
 triobolum.

vid Joannis Antonides van der Linden Manuduct: ad Medicin. p. 106.

Ærumnas et miserias, quibus Medici therapiam et Clinicen exercentes cumulantur sat vivide enumerat et describit Wolfg. Henricus Eindtel in Tr: Varsavia physice illustrata. p. 177. seqq.

De Medicamentis ex Balsamo Peruviano Nobilissimis. 7

Si destillatur cum ▽a simplici ex vesica exhibet o̅l̅u̅ fragrantissimu̅ rubrum, omnis empyreumatis expers, sed ex ✝︎ʃ vix ℥ß obtinetur. vid. Fr. Hoffm: Obs. Phys. Chym. Observ: XXIII. p 77.

Balsamum Peruvian: est ē album aut nigrum. Illud optimum et primarium judicatq balsamumq incisionis dicitur, quia sponte ex Hoiziloxi et Hernandez dicta vasta magnitudinis arbore, levi incisione vulnerata destillat, teste Monarde. limpidum ē, et terebinthinæ habet consistentiam, odoris fragrantissimi, estq rarius et carius nigro, sed cavendum ne terebintina, vel laricea adulteratum p vero obtrudatur. Nigrum v cujus ingens quantitas ad nos adfertur, decoctione ex ramis, corticibq, foliis arboris Clusio teste coment in Monardum p. 302. paratur atq extrahitur. Geminu̅ coloris ē fusci, saporis et odoris penetrantis atq fragrantis fluidum quoq promptq totum ▽ rect: dissolvitur: vid: Frid: Hoffm: Dissertat: Dec: II. p. 4.14. seq. indigitat ibidem balsamum hunc nostris temporibq styrace pessime adulterari adeo ut genuinum vix ampliq in officinis reperiatur.

Balsamum hoc solutum in ▽ rosaru̅ rectificatissimo nobilissimarum viriu̅ essentiam constituit vid: Dec: II. Diss. Frid: Hoffm: p 415.

Ex hoc Balsamo præpare docet Fr: Hoffmanus ▽um suum volatilem balsamicu̅ ejusq virtutes describit in Observ: Physic Chym. Obs. XXIII. p.m. 78.

DE TEMPERAMENTIS.

Tenendum est, aliud esse temperamentum mixti, aliud vivi Corporis, illud omnibus etiam inorganicis et inanimatis competit; hoc tantum de vivis prædicatur organica structura et anima præditis. Si enim temperamentum mixti efficit tantum commixtione elementorum sive partium corpus constituentium. Aliter se res habet cum temperamento vivi corporis ubi non tam ad materiam sive elementorum commixtionem respiciendum est sed potius ad ipsum motum tam progressivum quam intestinum, partiumque solidarum impulsum qui dicti motus vitam absolvunt: vid: Fr. Hoffm: Diss: de Temperament. p. 8.

10.

De Oleis Variis.

Quæcunq; olea fortis et penetrantis saporis sunt, et cæteris sunt ponderosiora ea majori calefaciendi sanguinisq; motum intestinum augendi et exagitandi vi pollent præ iis, quæ leviora sunt et minus penetrantis saporis. Hinc ubi intensus in morbo quodam est calor pulsus frequens et validus, ibi ab ejusmodi oleis non nisi periculum metuendū est. vid Fr: Hoffm: Observ: Physico-Chym: L. 1. Obs: VIII. p 32.

Olea æsthera pura et ad præscriptionē Fr: Hoffmanni elaborat efficacissimū exhibent remedium in morbis ab atonia nervorum et circulatione sanguinis impedita provenientibus prout consum usum ipse ac lapsa comprobatum tradit Fr: Hoffm: in Observ: Phys: Chymicis Obs: XXVIII. p. 90. seqq.

DE AMBRA

Ambra vocatur in Ambar
Ambarum etc: vid: Ross. Lentil:
Miscellan: Med. Pract: Part: III
p. 255. it: Castelli Lexicon medicū
sub Tit: Ambar. ——

De Ambra.

Diu multumque adhuc inter medicos et rerum naturalium scrutatores quæstio de origine ambræ agitata fuit. Nonnulli fœturam regni animantium alii vegetantium esse contendunt. Illi ambram esse stercus cujusdam avis peregrinæ orientalis, asserere non erubescunt. Alii contra asseverare conantur ambram esse speciem mellis, quod apes rupibus maris apponunt, quod postea calore solis attenuatum et digestum ejusmodi substantiam fragrantem exhibeat. Verum præter multas alias rationes ea maxime huic opinioni repugnat, quia omnia resinosa vegetabilium corpora levi labore in SV. rectificato phlogisto solvuntur et extrahuntur cum tamen id ipsum non fiat cum ambra quæ difficillimæ est solutionis in ejusmodi spiritu. Et quia observamus corpora inflammabilia, quæ ex terra nascuntur ut Succinum, bitumen Judaic. Carbo fossilis, etiam difficilioris esse solutionis, neque tam libenter conjugium inire cum liquore valde spirituoso; hinc subscribimus eorum sententiæ, qui statuunt, ambram ad bituminis genus esse referendam, cujus natales sunt in terra et ex cujus visceribus fluctuum maris impetu ac vehementia evellitur et defertur in mare. vid. Fr. Hoffmanni Observ. Physic. Chym. XVIII. p. 67. seq. describit ibidem Essentiam Ambræ peculiari modo præparatam.

De Camphoræ Natura et Virtute.

Camphora est foetus arboris glandi, fera, quæ sponte et copiosissime crescit in Japonia, in Sumatra, in Insula Borneo Indiæ orientalis. Tota arbor ejusq; folia cortex et radix ac lignum quoq;, oleoso humore turgida, fragrantissimum camphoræ odorem emittunt. dicitur ad quercus magnitudinem quandoq; assurgere. Hic oleosus humor ex arborum cortice solis æstu vel sponte transsudat vel ex fisso aut inciso ligno prolicitur et paullo rarior e. vid: Fr: Hoffm: Observ: Physico. Chymic: Medic: XIII. p 48.

Quoniam camphora accensa tota avolat, nullo cinere vel terra remanente et insuper tota in 🜈 rectificatis. solvitur porro in vase clauso tota beneficio ignis in sublime fertur longissime abê à resinorum natura minimeq; ad illarum classem referri posse. Nec locum habet camphora inter salia volatilia, nullum n̄ salis, oleo etiam valde imbutum ~~et~~ in flammam abit et tam promptam et intimam cum rectificatissimo inflammabili spiritu init societatem ut in ea tota dissolvatur. Et cum camphora solutionem cum aqueis menstruis penitus aversetur, quomodo Θibus illa annumerari possit ego quidem non video. vid. Hoffm. obs: Phys: Chym: Med: l.c. p. 49.

Camphora juxta sententiam Hoffmanni l.c. p 50. nil nisi oleum volatile tenuissimum est, at coagulatum non liquidum. id quod modo laudatus autor l.c. firmissimis rationibus corroborat.

Nullum in universa fere remediorum classe datur discutiens, quod cum camphora comparandum sit, siquidem humores in tubulis hinc inde stagnantes prompte dissolvit ut vel exhalent vel in motum redigantur, unde summo cum fructu non modo in omnibus doloribus ac tumoribus, sed et in omnibus ~~[illegible]~~ inflammatoriis erysipelaceis affectibus 🜈 Vini camphoratum adhibere, longo usu atq; experientia comptum exploratumq; e. vid. Hoffm: l.c. p 54.

Internum camphoræ usum minime reformidare debet solers et peritus medicus siquidem camphora ad ʒj in o°o amygdal. d. vel 🜈 soluta et sano homini cum copioso vehiculo exhibita, corpori nec sensibilem æstum ingerit, neq; auctiorem pulsum, qui intensioris circuli sanguinis index est efficit, ut potius manifestum refrigerium maxime circa præcordia non pauci inde persentiant. Neq; enim sitim movet aut urinam reddit coloratiorem, quod ab omnibus aliis calidioribus fit. vid. Fr: Hoffm: Obs: Phys: Chym: Med: XIII. p. 54. seq.

-ag et balsamum liquidum prout istud Fr: Hoffman: præparandum docet in Observ. Chym: Physic: Obs. XXII. p 74. in medicina et Chirurgia egregiis usibus inservit. Notum quippe ē, cum Vcis vehiculis et menstruis camphoram non posse misceri sed statim ferri præcipite hac ē ratione intima mixtio obtineri potē. Hinc comodissime ita miscetur cum collyriis cum epithematibus ad caput cum cataplasmatibus et gargarismatibus.

<u>Ad inflamationē oris et faucium</u> utilissimum ē gargarisma, sir. ge. Væ flor. sambuc. vel salviæ aut rosar:
portio nitri et pauxillum hujus solutionis admiscetur.

Gargarisma in inflamatione oris et Faucium.
describitur hoc p. 161. sub Tit: Angina:

Le Camphre est une Resine qui coule du tronc et des grosses branches d'un arbre semblable au Noyer, que l'on trouve dans l'Isle de Borneo et à la Chine. Elle se fige au pied de cet arbre en petits grains secs, friables, legers, blancs transparents; d'une odeur forte et penetrante, d'un gout acre tirant sur l'amer et echauffant beaucoup la bouche. Plusieurs grains tombant les uns sur les autres se collent legerement ensemble et font des masses plus ou moins grosses qui etant un peu pressées entre les doigts ~~[illegible]~~ s'egrenent aisément: On les ramasse doucement en prenant garde qu'il ne s'y mele de la terre ou quelques autres ordures. C'est

cette matiere qu'on appelle campher brut. On le raffine en Hollande, et on est si persuadé que les Hollandois seuls en ont le secret, que quand nos Marchands ont du campher brut, ils le leur envoyent pour le raffinage mais Mr. Lemery en a fait l'operation qui est la plus simple et la plus facile du monde et il ne tient plus qu'a nous de revenir d'une prevention trop favorable aux Etrangers. vid Histoire de l'Acad: Royale des Sciences. 1705. p. 59.

On tire par incision de la racine de l'arbre qui porte la canelle, une liqueur qui a une forte odeur de campher, ce qui a fait croire autrefois à quelques naturalistes mal informez, que tout le campher venoit de cet arbre: mais une connoissance plus exacte de l'origine du campher à fait rejetter cette opinion. vid: Mem: de l'acad: Roy: des Sc: 1705. p. 39.

On trouve une odeur de campher dans plusieurs plantes, comme dans celle qui à cause de cette odeur est appellée camphorata, dans l'Abrotanum, dans l'Aspic ou grande lavande dans le romarin vid Memoires de l'Acad: Roy: des Sc: 1705 p. 39.

De Variolis et Morbillis.

Causa hujus febris exanthematicæ ē materia quædam subtilior, acris caustica et inflamatoriæ indolis, quæ sub sanguinis et humorum involucro diu delitescit, et quadam quasi interna fermentatione sese extricat, primoqz ad partes nervosas delata, illa, quæ incipienti huic morbo accedunt symptomata nimirum horrorem cum frigore dolores artuum, dorsi et capitis vomitus vel in alvi adstrictiones, deliria etc: efficit donec tandem ipsa hæc acris caustica materia temperata atqz ad habitum corporis expulsa interiores partes deserat, quod circa 4tū diem ordinaria naturæ lege evenire solet. vid. Fr. Hoffm: Med. Cons. P. II. p 176. seq.

Summam materiæ variolosæ acrimoniā atqz adeo infelicem morbi eventum divinare licet, si statim in principio morbi vehemens dolor dorsum, os coxendicis et lumbos excruciat, si mens alienatur et caput multo sanguine turgidum apparet, si summa virium debilitas jungitur et statim secundo die maculæ erumpunt non rubicundæ, sed purpureæ, quæ speciem purpuræ mentiuntur, cum cutis asperitate. vid. Fr. Hoffm. Med. Cons. P. II p 177.

Periculum quoqz portenditur, si universum corpus hisce exanthematibus obsessum ē, siqz non satis elevantur nec pure albo replentur, sed in medio foveam vel punctulum nigricans ostendunt, aut ad colorem lividum nigricantem accedunt. Si facies non turgescit nec urina sedimentum deponit licet aliqz fluida sit vid. Fr. Hoffm. l.c. p 178.

Invasio prima fit sine horrore aut frigore notabili, ubi ū tale quid, ubi et pulsus ataxia, motus convulsivi occurrunt deterior utiqz ē prognosis et metus inflamatoriæ invasionis in aliquo viscere oritur post meridiem maxe languor lassitudo, calor, sat levis, capitis turbatio gravativa vertiginosa, q notabilis dolor, & ciborum fastidium imo apud multos odor amarus et adversus varius nec valde utiliter vomitus vid. Carl. Hist. Med. c.V. p 96.

~~Licentia~~ Obstructio alvi eruptionis tempore est pene ordinaria nec tum temporis irritanda. Si ū ante variolarum eruptionem nimis diu extiterit alvi adstrictio: diarrhoeam gravem post se trahit sub eruptione retrocessionem inducentem; ubi contra variolæ retrocedentes diarrhoeam & convulsiones causantur. vid Carl l.c p 97.

De Variolis et Morbillis.

Si æger variolans jam añum excesserit decimum, si plethoricus, vitæ sedentariæ deditus, multi cibi et potus fuerit, impr: si vires constent, insignis sang: orgasmus cum agrypniis, præcordiorum anxietatibus, pectoris oppressione, pulsu celeri, æstu insigni, partium tremoribus, convulsionibus jam præsentibus, vel metuendis, oculorumque rubore, ac certa corporis dispositione interna, Venæ sectio in morbi principio ante variolarum eruptionem cum sana ratione et salva conscientia suaderi et admitti potê vid: Böttcher Scrutin: Medic: Hafn: edit: 1724. p. 9. seqq.

Fallaci nititur ratiocinio cōmunis traditio. quod pueros à variolis et morbillis præservet scabies, non vera experientia; quæ nobis multa in contrarium suppeditavit ~~experientia~~ exempla puerorum, scabie infectorum, qui turpi hac larva vix deposita, personam alteram illam induerunt, ac in castris variolosorum militarunt vid Hist. Vratislaviens: MCXCIX. p 27 seq.

De Variolis et Morbillis.

Quaeritur num Vomitoria vel in lagantia et Clysteres in variolarum vel morbillorum affectu tuta sint an vero singularis potius noxa ab his metuenda? At vero sana in Medici periti ratio horum usum et abusum facile determinabit: Nam certe corpora hisce affectibus correpta quovis in tempore subinde hisce remediis exercere conatus erit omni prudentia ac scopo vacuus, inde debilioribus subjectis non sine periculo; si vero indicium adfuerit saburra acida biliosa in ventriculo et duodeno existentis, praestat utique hanc moderato emetico cum laxante v. gr. Manna decocto mixto prius evacuare ita ut benignior certe et tolerabilior sine ingenti quoque copia exanthematum, succedet morbus. Quod vero alvum aperire quandoque per 10 dies occlusam, in hisce morbis renuunt, nec admittere volunt clysteres lenientes nec temperata laxantia, hi certe non capiunt, quod nimia mora in intestinorum canali contenta colluvies biliosa mucosa perniciales corruptiones induat, quae postea gravioribus symptomatibus viam pandit apertissimam vid: Fr: Hoffm: Diss: Phys: Med: Dec: 11. Diss: 1. p. 45 seqq.

DE VARIOLIS ET MORBILLIS.

Variolarum malignarum Francofurti
ad Mœnum A°. 1723 cum magna infan-
tum strage grassantium descriptionem
earumq tractandi et curandi modum
vid: Act: Phys: Medic: Natur. Curios:
Vol. 1. Obs: 248. p. 560. seq.

In cura nihil aliud agendum est quam ut in principio, si spasmi cum febre universum nervorum et vasorum systema nondum occupaverint in subjectis sanguine abundantibus vena apiatur, sique prima regio copiosis sordibus repleta fuerit emeticum cum infuso laxante mannato exhibeatur ita que sublatis impedimentis et onere, quo premitur natura subtracto ejus auxilium in curando adjuvatur: vid: Frid: Hoffm: Medic: Consultat: Tom. II. p. 178. prolixe ibi universam variolarum medendi methodum idque exactissime tradit.

Laudatur pro potu ordinario, Decoctum Hordei cum radice Scorzonera semin: fænic: et ficubus paratum. Vel in Decoctum avena cum amygdalinum vid: Frid: Hoffm. Med: Consult: Pars II: p 178.

DE VARIOLIS ET MORBILLIS.

Quid de Variolarum adeo per Europam celebrata insitione Medico-practice sit sentiendū? vid: Act: Medic: Berolin: Dec: II. Vol: 2. p. 5. seqq:

De Auro.

Aurum omnium optime purificatur per ♄ium prouti id ipsum nobis describit Dn: Lemery Cours de Chymie p.m. 58 seq. ubi varias ejus depurationes, e.g. per Caementationē per Cupellationē simul tradit.

Combustio Vituli Aurei, contritio, redactio in [illegible] dispersio in superficiem aquarū prouti Exod. XXXII à Moyse describitur, non simplici combustione ignis communis aut cujuscunq; artificio ignicuLatoris sive [illegible] fieri potuit vid: Sthalii Opusc: Phys: Chym. Med: p. 588. seqq.

per ex Auro Aurum fulminans. it: Amalgama auri cum ☿io modo per[illegible]andi vid. Lemery Cours de Chymie l.c.

De Auro fulminante legi meretur Observatio anal. Phys.-Medicorum Vratislav: Ao. 1729. Mens Januar: artic: 7. p. 64. seq: ubi ad oculos demonstratur aurum fulminans non inferiora saltem et deorsum operari sed vim suam per superiora ascendendo etiam exserere.

Aurum ab igne non mutatur neq qualitate neq quantitate hujus rei praeter Clarissimum Kunckelius experimentum fecit, et aurū per plurium mensium tempus, in furno vitrario in perpetuo fluxu detinuit quod tū nullam prorsus mutationem sive in quantitate sive in qualitate admisit, vid. Sthal: obs. Chym: Mens. April: c. 2. p.m. 593.

De Chirurgia.

Quod Chirurgia Medico majore sit necessaria imo quod à Medicina et Medico ne conceptu quidem secerni valeat pluribus demonstravit Ioh: Bohnius in opere suo de Officio Medici duplici p. 479. seq:

Chirurgiæ antiquitatem pariter ac utilitatem summe deprædicat Saltzm: in Præfat: Diss: de Articulationibus artuum. vid. Diss. Saltzm. Tom. 1. 5. p 1. 2. seq:

Quanta intercedat differentia inter veterum operandi modum et modernorum Chirurgiam dicitur in proemio: Diss: de novo membr. amputandi modo. vid. Diss. Saltz: Tom. 1. 23.

24.

DE ARTICULATIONE ARTUUM.

Articulatio est conexio ossium naturalis qua duo vel plura corpora super se invicem moventur. vid Diss: Saltzm: Tom. 1. D. 5. de articul: Artuum.

Dividitur Articulatio in laxam vel strictam,: Laxa dicitur, quando articulatio cum motu manifesto et sensibili fit, et dicitur Diarthrosis. Stricta vero ē, cum motus parvus et obscurus est, et vocatur Synarthrosis. Utraq; harum nimirum tam Diarthrosis quam Synarthrosis dividitur in Enarthrosin Arthrodiam, et Ginglymum. Enarthrosis est, quando magnum ossis caput protuberans cavitati profundæ implantatur; talis ē, conjunctio capitis femoris cum acetabulo coxendicis. Arthrodia autem dicitur, ubi Capitulum depressum cervice non magna instructum excipitur à cavitate magis superficiali; qualis est articulatio humeri cum Scapula. Ginglymus deniq; appellatur articulatio mutua in qua scilicet utrumq; os et excipit et excipitur; ita v. gr. ulna cum humero nectitur. Qui ultimus articulandi modus Gallis charniere, duo ū priores Arthrodia npe et Enarthrosis Genou nuncupari solent. Ubi jam beneficio articulationis, quæ Enarthrosis dicitur motus pagitur manifestus atq; sensibilis Enarthrosis diarthrodes, ubi ū obscurus fit inarthrosis synarthrodes appellatur conjunctionis mod, vid. Diss. Saltzm. Tom. 1. D. 5. p. 11 seq.

De Nitro.

Nitrum veterum diversissimum ē à nostro. Illud n. ē nativum fossile atq; ē terra effoditur. Nostrum v. est artificiale, et ipsius aeris foetus. 2. Nitrum veterum ē alcalinae, abstersivae naturae, unde loco cinerum clavellatorū commode usurpari potē ad vitrum vel saponem conficiendum. Nitrum v. nostrū ē sal salsum, neq; acidum, neq; alcalinum, sed medium, neq; n. cum acido, neq; cum alcali effervescit. 3. Nitrum veterum non erat combustibile et inflammabile ut nostrum, adeoq; ad conficiendum Pulverem pyrium detonantem plane ineptum vid: Fr: Hoffm: Obs: Phys: Chym: Lib. II Observ. 1. p 103.

Nitrum nostrum paratur duplici elemento;: alterum ē sal universale acidum, primogenium, simplicissimum quod in ipso aere hospitatur et quod ut veteres dixerunt, ventus in ventre suo portat: alterum ē elementum terrea, alcalinae et sulphureae pinguis indolis, quod veluti matrix ē, et instar magnetis ad se trahit ac imbibit universale illud acidum, quod aerem incolit. vid: Fr: Hoffm: Obs: Phys: Ch: Lib. II. Obs. 1. p 104.

[illegible] Tom. 1. Saltzm: Diss: XXIV.

existentia contrafissurae probatur per plurima exempla Diss: cit. p. 18. 19. seqq.

Argumenta eorum qui contrafissuram stabilire conantur proponit. Saltzm: in Diss: de Resonitu. vid Diss: Saltzm: Tom. 1. Diss: ult: Occurrunt etiam in hac dissertatione argumenta eorum qui contrafissuram negant: ubi praecipue allegat rationes Gallorum quibus nimirum adducti resonitum negent.

Octo Resonitus species seu classes ex A: Amaño recenset Saltzm: in Diss: de Resonitu. vid Diss: Saltzm: Tom. 1. Diss: ult: p. 7. monuit autem in subsequente paragrapho contrafissuras minus recte ab Amaño in octo classes dispesci putans illas in tres saltem aut ad summum quatuor classes dividi debere et id quidem evidentissime ibi demonstrat: vid: p. 7. seq.

DE CRANII FRACTURIS.

Quinque species fracturæ cranii ab Hippocrate añotantur. Quarum 1ma ē ῥωγμή, fissura, quando ossa fracta vitri instar rimas agunt nunc magis nunc minus evidentes. 2. est θλάσις contusio collisio, in qua cranii laminæ à re quadam gravi et obtusa deprimuntur. 3tia vocatur ἔνθλασις, effractura, depressio et secessio ossis in plura fragmenta. 4ta audit ἕδρα sedes, vel vestigium, quia in illa instrumenti lædentis vestigium relinquitur. 5ta species ē ἀπήχημα resonitus seu contrafissura. vid: Diss Saltzm: Tom. 1. Diss: 13. p. 6. addit ibidem subdivisiones necessarias harum fracturarum cranii.

Notabilis ē vulneris cranii seu capitis historia cujus Berneggerus in Diss: Histor: Politica de Regno Hungariæ mentionem facit, scilicet capitaneo cuidam Hungarico cui nomen erat Marcus Bapam, lancea à Turca in illum vibrata, oculus dexter ita transfigebatur, ut instrumentum per totum caput transiens, retro per cervicem exierit, quod enorme vulnus et inauditum, ut ut simpliciter et absolute lethale esse omnibus videretur, æger tamen, quod stupendum, optime curatus evasit. vid: Diss: Saltzm: Tom. 1. D. 13. p. 18.

De Cranii fractura à globo sclopetario facta ejusque supervenientia symptomata vid: Act: Med: Berolin: Vol. 1. p. 40 seq:

Quomodo fractura cranii exploranda sit recenset: Saltzm: in Diss: cit. p. 11.

Symptomata quæ contusionē in specie declarant vid: Diss: cit. p 12. seq: ibidem pariter effracturarū symptomata quæ eadē fere sed longe vehementiora sunt recenset.

Symptomata quæ initio capite vulnerati supervenire solent, minus terrere debent, quam ea, quæ post plures demum dies superveniunt vid Diss: Saltzm. Tom. 1. 13. p. 26.

Symptomata quæ cranii fracturis supervenire solent sunt vomitus biliosus, febris acuta mentis abalienatio, convulsiones, sopore, paralysis sanguinis profluvium etc: vid Diss: de mira cranii fractura: Diss: Saltzm. Tom. 1. 13. p. 10.

In integumentis læsis tumor capitis absque causa manifesta evanescens, vulneris siccitas, oræ ejus lividæ, os nigrum, pustulæ in lingua et faucibus exortæ, alvi fluxus nervorum resolutio, maxillarum rigor etc: malum omen præbent. Boni vero præsagii sunt ea, quæ contrario modo se habent. vid: Diss: Saltzm: Tom. 1. 13. p. 27.

De Cranii Fracturis et Cerebri Laesionib.

Prostant exempla eorum, qui post cerebrum ipsum vulneratum et quondam portionem ejus exemtam sani et incolumes vixerant: longe vero aliter se res habet cum laesionibus cerebelli utpote quae semper absoluta lethales sunt vid: Diss: Salzm. aliq: p: 21. et seq:

42. De varia partium internarum corporis constitutione. aliisque observationibus rarioribus anatomicis.

Fœmina venefica nuper in Anatome publica dissecta exhibuit. (1) Lusum insignem venarum et arteriarum Epi- et Hypogastricarum, in musculo abdominis dextri lateris, septem locis diversis, æquali ti à se distantia prodeuntium ad peritonæum; In recto abdominis musculo altero, sinistro nempe, duobus saltem locis eadem vasa excurrebant. (2) Pyramidalis sinister deficiebat, dexter justo longior defectum sarciebat. (3) Ren dexter amplissimam habebat pelvim, totam ferme concavam renis partem occupantem. (4) Ren sinister dextro duplo major erat. (5) Idem ren duos habebat ureteres, penitus etiam in insertione in vesicam sejunctos (6) In eodem rene vasa emulgentia erant duplicata, miris modis divaricata, alicubi trochleæ instar contorta. (6) Duo lapilli unus instar grani milii alter duplo vel triplo major, quasi ex duobus concretus juxta se invicem in arteriolæ cujusdam cavitate circa uterum hærebant. (7) Ossiculum quoddam mire efformatum intra cranium cristæ galli, ubi os ethmoides incipit,

mem

~~mem~~ membranæ ope adhærebat, (8) Cranium adeo crassum erat ac vix ullius rustici (9) Duæ solum carunculæ myrtiformes in sinu muliebri apparebant. Cætera, quæ supersunt adhuc, dimidiam si in uno cadavere observatorum tertiam partem recensui, hac vice memoriæ non succurrunt, quæ si data fuerit mihi reliqua sciscitandi occasio, lubens communicabo vid. Ros. Lentilii Iatromnemat: Theoret-Pract: c. VI. p 22. seq.

De Variâ Partium Internarum Corporis Constitutione Aliisque Observationibus Rarioribus Anatomicis.

In Molosso à me (vivente Lentilio) 1674 secto sequentia observaveram: Hepatis situm in sinistro latere. Pancreas rubicundum hepati colore simillimum, et per ejus longitudinem vas grande satis et capax sanguinem continens, protensum. Pulmones ab utroque latere firmiter adnexos ut à pleura separari non possent. Quod ultimum, tametsi rarum non sit, rarius tamen est pulmones coalescere cum diaphragmate: Quod nuper demum nempe medio martii 1698. Öttingae videre contigit in caupone 68 annorum à milite sclopeto petito et mortuo. Hunc enim ex mandato Serenissimi Principis Oetingensis: et Illustrissimi Comitis, utrorumque Dnnorum meorum clementissimorum commendante manuum opera Dn. Joh: Georgio Langio Operatore Nordlingensi si apperuissem, ecce dexter pulmonis lobus diaphragmati inferne ad 3 digitorum latitudinem, superne autem Oesophago firmissime adnatum reperiebamus. Interrogati de respiratione adstantes, mortuum à multis annis difficulter spirasse responderunt vid. Ros: Lentil: Iatromnemat: cap. VI. Scholion. p 24.

In homine Hydrophobiâ defuncto pulmones diaphragmati arctissime adglutinati ita ut novacula vix separari potuerit observati fuerunt a D. Guckelino vid: Lentilii Iatromnemat: Theoretic: Tract: p. 30.

Pulmonis in Aqua subsidentia, non est infallibile foetus in utero mortui signum: ulterius explicatur et exemplis probatur haec positio à Fr: Hoffman: in Diss: De Laesionibus externis abortivis, venenis philtris, quae vide in Tom: VII: Dissert. 25. p. 22.

DE VARIA PARTIUM INTERNARUM CORPORIS COSTITUTIONE. ALIISQUE OBSERVATIONIBUS RARIORIBUS. ANATOMICIS.

Die Paralysis hat zuweilen ihre von überhäufften geblüth, welches einen heftigen effect erwecket und zum haupt cum impetu getrieben ist seinen Ursprung her. Gleichwie nun von einer so grossen congestione sang: ad caput und darauf erfolgenden stagnation gar leicht eine secessio fieri per poros vasorum geschieht solches aber seiner schwere nach sich auf das principium spinalis medullae dextri seu sinistri lateris senckt, also wird von solcher stagnirender feüchtigkeit der influxus subtilissimi fluidi nervorum et cerebri in die partes dextri vel sinistri lateris verhindert, daher deren vigor, agilitas, et motus nicht wenig gehemmet wird. Ja es leiden die viscera auf der rechten seiten, darunter vornemlich die leber ist, ingleichen der Magen und Gedärme (welches von wenig Medicis advertiret wird) zugleich auch mit dabey, dass weil sie von denen nervis intercostalibus viele ramos empfangen, ihnen der gebührende tonus ac vigor entgehet, daher ich observiret, dass bey eröffneten paralyticis die leber von ziemlicher grösse ist befunden worden. Von diesem tono partium destructo und imminuto wird der lauff des geblüts verhindert, transpiratio und nutritio gehet nicht mehr von statten, und das blut stocket hin und wieder absonderlich in händen und füssen, und verursachet daselbst torporem, gravitatem, motus contractorios vermiculares als wenn sie einschlaffen vid: Frid: Hoffm: Med. Consult: P. 1. Dec. II. C. VII. p. 83.

Oleum ex Balsamo de Copaiu destillatum si miscetur cum dupla portione axungiae humanae partibus paralysi tactis et sensu et motu destitutis eximium affert robur. vid: Fr: Hoffm: Observat: Physico-Chymic: Observ: VI. p. 23. docet autor ibidem modum oleis ~~[illegible]~~ ex bals: de copaiu elicidendi.

Fialia rite pp̄ra et cum primis Cinabarina decenti modo ac tempore usurpata, plurimum valent ad lympham stagnantem in partibus m̄ remotioribus removendam; hinc in gravioribus longis passionibus, in Paralysi et epilepsia non sine insigni fructu iis usi sumus, non solum scopo purgandi, sed in fine diaphoretico, qui facillime obtineri potest, si infusa calida diaphoretica virtute impraegnata, superbibantur. vid: Fr: Hoffm. Med. Consult: Pars II. p. 158.

1-8.

De Carie.

De carie cranii legi meretur Diss. Saltzm: de mira cranii fractura, in qua inter alia historiam notatu dignissimam recenset de foemina quadam carie cranii insigni laborante. vid. Diss: Saltzm: Tom: 1. 13. p. 20. Haec caries teste Saltzmanno originem agnoscebat virus quoddam venereum foemina enim ista jam ante aliquot tempus salivationem sustinuerat: vid: Diss. c.

57. De Cortice Peruviano seu China-Chinæ.

Si debito tempore hic Cortex in febribus intermittentibus exhibetur optimum evadit medicamentum. In nonnullis diaphoresin excitat, in aliis largiorem limpidæ urinæ fluxum promovet, secutæ alii, quando in sedes sunt optimo ut plurimum cum successu. vid. Hist. Vratisl. MCXCIX. p. 34. seq.

In febribus cum inflammatione quadam conjunctis nunquam non noxium deprehendit D. Helwich. In febribus in aliis calidioribus obscure remittentibus funestus fuit. Hinc vitandus est ejus usus in hisce febribus: ne medicus conscientiam et famam suam maculet, quod sane contigit Celeberrimo alias Lowero, Short aliisque de quibus illa Medico-Matrix in tripudioso libro, qui inscribitur Ars curandi morbos per expectationem p. 242 ita scribit. Lower, Short aliique ejusdem farinæ medici expeditissimam China-Chinæ virtutem febrium interpolatarum paroxysmos supprimendi animadvertentes, et hujus exhibitionem in febres continuas itemque eas, quæ malignæ dicuntur transferendam esse rati fuerunt. Et centenis aliquot patientum eum ignoranter et audacter administrarunt, de quibus febre ~~[illegible]~~ verè continua tortis vix ullus evasit sospes, sed denati sunt omnes, præter eos paucissimos, qui aut validis constabant viribus, aut ebullitione leviori, vel fermentationi diutius protractæ febris continuæ vel quasi continuæ licet verè interpolatæ ortum imputabant, cujusmodi audaciæ, temeritatis, et cum corio humano lusus eorum uterque poenas luit, sumendo Chin-Chinam in febri continua ab helluatione et temulentia perenni orta, quæ nono vel undecimo die aut circiter utrumque è medio sustulit. vid. Hist. Vratislav: MCXCIX p. 35.

Eo devenit cum China chinæ ut etiam netrices et ambubajæ eo mediante febres propulsare audeant. vid. Lentil: Etéorom. Med. Pr. Mens. Maj: p. m 485.

DE CORTICE PERUVIANO seu CHINA CHINÆ.

Hic Cortex percommode imo et tutissimo modo in forma infusi exhibetur uti id sæpius ex praxi Doct: Aulberi observavi; jungendæ ipsi sunt radices et herbæ amaræ stomachicæ exempli loco sequens formula est posita.

℞ Cortic: Peruvian. ℥j
citri exter: ℥ij
rad: ari,
cichor:
herb absynth:
sum. cent. min.
sem. anis.
coriand:

[illegible] et contus: gr: modo infundantur calide in vini veter: albi ℔iiij ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ et
aq: [illegible] cichor: ana ℥iij
[illegible] horas in colat: clarificat. [illegible]
syrup: [illegible] ana ℥j
[illegible] ad vas vitr. [illegible] horis allen tage 3 gläsln [illegible] zu trinken.

De Hæmorrhagia in genere.

Moderata hæmorrhagia non solum non debilitat, sed trahit potius post se veluti sensibilem corporis agilitatem et alacritatem. vid: Stahl: Theor: med: p. 647.

Es gibt eine species Hæmorrhagiarum, deren causa nicht beruht in vitio quantitatis excedentis sanguinis, sondern in vitio motus à priori, dergleichen sind Hæmorrhagiæ ex vitio hæreditario pullulantes. vid: Blas: Comp: Prax: Clinic: c. II. p. 4. seq.

Remedia quæ in hæmorrhagiis adhiberi solent vid: in colleg: M. S. D. Sachs. et Saltzm:

optime describitur cura hæmorrhagiarum à Carol: Prax: Med: Therapia general: et spec: p. 65. subjungit ibi catalogum medicamentorum selectiorum quæ partim ad temperandam partim & ad inhibendam hæmorrhagiam proficua sunt.

Differentias hæmorrhagiarum vid in Juncker: Conspect: Medic: Tab. III. p. 12. it: Carl: Hist: Med: Sect: II. Membr: I. p. 136. et seq: Blas: Prax: Clin: cap. II. p. 4. seq.

Exigua sanguinis stillicidia omnia prava in acutis nil paucum criticum; prava sunt nisi indicent futuram hæmorrhagiam copiosam die critico, quod dignoscitur ex urinæ coctione eodem die stillicidii vid Bagliv: Op: Med: Pr: Lib. 1. p. 86. ubi multis hæmorrhagiam in acutis contingentem describit.

Remedia ἴσχαιμα prostant apud Wedel in amœnitat: Mat: med: Lib. II. S. II c. XIX. p. 499 seq.

Raræ hæmorrhagiæ in universum fere omnes febribus exanthematicis supervenientes pessimi sunt præsagii id pulcherrime et satis accurate deducit. D. Sachs. in Diss: de Mictu cruento. vid Tom. 1. Diss: var: D. 13. p. 25.

De Hæmorrhagiis in Genere.

Hoc loco notatu dignum occurrit, quod Hæmorrhagias Salibus volatilibus augeri communiter assertum sit, cum tamen experientia demonstret contrarium; utpote hæc moderata dosi exhibita, spasmos, qui hæmorrhagiarum fabri sunt, sistendo hæmoptysin et nimium mensium fluxum in dispositis egregie cohibent et coercent. vid. Frid: Hoffm: Diss: Physic: Medic: T. p. 18.

De Virtute Millefolii.

Vis alexipharmaca ipsi adscribitur, sunt qui Herbam cum floribus in peste præservanda et curanda pro secreto peculiari venditant, hi ergo flores in cerevisia decoquantur et haustus sumatur anteq quis è domo exeat vid: Diss: Varior: Tom. 1. Diss. 11. p 12.

Impr: virtus vulneraria sese manifestat, ita ut inter vulnerarias facile sit princeps leni abstergendi et glutinandi facultate pollens. Ipsa herba recens contusa vulneribus sanguine manantibus imponitur instar Emplastri sanguinem ex iis vulneribus manantem compescit, vulnera glutinat, inflammationem atq tumores arcet, nonnulli per eadem intentione et iisdem symptomatibus præcavendis in aceto decoquunt vid: Diss. Henrici de Millefol: quæ extat Diss: varior. Tom. 1. D. 11. p. 16.

Egregium decoctum contra Hæmoptysin ex millefolio paratum describitur in Diss: alleg: p 19.

Refert G. J. Langius Diss: de Millefol. Doctorem Stahlium sæpius expertum esse mirabilem ejus efficaciam contra sanguinis p. n. congestiones et motus circa Venam Portæ, cujus ramus è vena gastrica, quæ per anastomosin in ventriculi cavitatem eructat sanguinem. Adversus hoc malum tum dissipando

con

congestum sanguinem quam consolidando vas ruptum vel apertum egregie se gerere millefolium, præsertim in pugillari infuso adhibitum loco Theæ et calide potum. vid Diss. var. Tom. 1. 11. p. 20.

Idem millefolium eodem modo infusum tam in mensium quam præcipue in hæmorrhoidum fluxu tanq specificum commendatur. vid. Diss: alleg. p. 20 seq. plures alios usus hujus plantæ ibidem reperies.

De Antimonio

Antimonium ē substantia metallica, solida, ponderosa, obscuri cærulei plumbei coloris cum longioribus ... antibus striis concoloribus et aliquando rufescentibus compacta, concreta ex ejus minera liquata et in figuram pyramidalem utplurimum effusa saporis et odoris nullius evidentis vid: Diss: Varior: Tom. 1. Diss: 1. de Antimonii crudi usu in Medicina.

Pulvis Bezoardicus juxta Carth: ex ♁io crudo sequens est.

℞. Sacchar: ... ℥ß
♁ii crud: ... ℈iß
... lumbr: ...
Cinnab: nativ: ana ℈j vel ℈ß

Hac ratione obtinemus ... ex ... utilitatem pretiosis in gemmatis viribus parum vel nihil in hoc genere cedentem vid: Diss: Var. Tom. 1. Diss: 1. de Antimon crud usu in medicina § XVII. p. 24. ... Margraf ... ... vid. Carth: Part. II. ... Apotheke p 41.

Præparari ē ex ♁io possunt Morsulæ ad mentem Kunckelii in Laborat: Chymic: p 436 quorum ... ē cum addita dosi exhibet. Diss: de usu ♁ii crudi in Medicina vid: Diss: Var. Tom 1. D. 1. p 25. ubi etiam pilulæ in doloribus ... ... proficua ut et aliæ prostant.

Reliquas virtutes quas ♁ium insignes obtinet recenset Dissert: de ♁ii crudi in Medicina usu. vid Diss: Var: Tom. 1. Diss: 1. p 27. seq:

Regulum ♁ii medicinalem præparare docet Fr. Hoffm. seq. modum.
℞. ♁ii partes quatuor partem unam ... eunde (sine adjectione ... communi) in cono fusorio separa splendidiorem et graviorem massam à scoriis, contunde itaque in pulverem rubicundum. vid: Fr: Hoffm. Observ: Phys: Chym: p 275.

compendiosissime regulum ♁ medicinalem præparare docet. Profess. Schultze in Commercii physico theoretici Medic: Norimberg: Tom 1. p. 75. seq.

℞. ♁ pp. tenuiss: ℥jß
adde Nitri crystallini ℥ß. pp.
Crucibulo frigido indita hæc mixtura prudenter imponatur. Mox ubi mediocrem calorem persensit, deflagrare incipiet. ... ponte desinente deflagratione crucibulo refrigerato frange et ... materiam ...

De Hæmorrhagia Narium.

Hæmorrhagia narium dividitur in simplicem. quæ vel boni vel mali moris est 2 in Criticam et Symptomaticam. 3 in phlegmaticum vid: Junckeri Consp: Med: theor. Pract: Tab. IV.

Quod ad signa attinet, in illis probe attendenda ē, ista distinctio a D. Sachsio sæpius inculcata et quæ in omnibus in universū hæmorrhagiis locū habet, n̄pe quid contingat in partibus viciniis, remotioribus et remotissimis si jam consideramus quid in hæmorrhagia narium contingat, deprehendemus fieri congestionē sangu: ad caput, jam v nulla potē congestio fieri absq spasmo sine sequitur in uno corporis loco partes seu vasa spasmo constringi in altero v̄ sanguinis uberiorem affluxū observari, inde fit, ut in capite rubor faciei inflatio vasor: etc. in extremitatibus v̄ pedū refrigeratio, urina tenuis et alvi adstrictio inviolabili motuum mechanicorum lege consequantur. et hoc modo reliquæ hæmorrhagiarum species meo quidem judicio optime explicari possunt

In Emansione hæmorrhagiæ narium criticæ, capitis Vertigo, stases inflammatoriæ hisceq̄ concomitantia delirià sequuntur, in partibus v̄ remotis urina non tanta in quantitate profluit et alvus m̄ ē adstricta. vid. Colleg: M. S. D. D. Sachsii Tab. XII.

En 1699 M. Vernage Medecin de la faculte de Paris ayant été obligé de faire faire la ponction à une jeune fille hydropique, fut fort etoñé de voir sortir une matiere laiteuse, au lieu de l'eau qui devoit naturellement venir. Il apporta de cette liqueur à l'Academie, qui l'examina avec soin. On trouva qu'en effet elle avoit assés la couleur et la consistance du lait, et meme un peu le gout; hormis qu'elle etoit plus salée. On remarqua de plus qu'elle moussoit en tombant, et s'elevoit sur le feu come du lait, mais elle en etoit diferante, principalement en ce qu'elle etoit beaucoup plus legere, et ne se coaguloit point par les acides mais par le sel du tartre. vid. Hist: Acad: Roy: de Sciences. 1700. 11. seqq.

La fille hidropique mourut apres un an de maladie et des ponctions aussi frequentes que celles que nous avons marquées. Elle fut ouverte, mais avec trop de precipitation. Du moins l'Academie n'a pas su assés certainement ce qu'on avoit trouvé par la dissection. Seulement il fut dit que l'on avoit vû quelque vesseaux lactées rompus. vid. Histoir de l'acad: royale de Sciences. 1700. p. 15 seqq.

Hydrops Thoracis, in sene septuagenario cognitus et curatus exstat in A. N. C. Vol: III. Obs: 104 p. 332.

De Pediculis.

Sind beide sowohl nützlich und auch schädlich zu: Nützlich seynd sie fast in allen Haupt und brust kranckheiten, weilen sie das geblüt und übrige Säffte vom Haupt und der brust zurück ziehen und nach den untern theilen des leibs leiten. Schädlich sind sie bey Menschen vom ausser den jenen und schwangeren [illegible] sonderlich wan sie schon ein zimliches Alter auf sich haben, weilen solche sie gar leicht geschwächt der [illegible] wenig sie seyen schädlich als in ver[illegible] [illegible] Menschlich [illegible] bey kranken Menschen etc. beschreibt [illegible] im [illegible] Unterricht seiner gesundheit lange zu Conserv: p. 232.

DE CANCRO MAMMARUM.

Quid Cancer sit? quibusve locis nascatur et enormibus doloribus stipatus sit? nemini non notum est ideoque ulteriorem ejus descriptionem dare supersedeo.

Curae meae sese commisit foemina honesta Verbi Divini Ministro nupta et jam 7 vel 8 liberorum Mater, quae in mamma dextra ulcere cancroso vel potius cancro aperto et exulcerato laboravit, Haec tantis torminibus et cruciatibus defatigata jam de felici cura penitus desperavit. Ego medicamenta tam interna quam externa ab expertissimis Medicis in ejusmodi casibus summopere commendata in usum traxi sed absque omni emolumento seu doctorum linimenta, post multos experimentorum ex improviso in manus mihi venit Libellus a celeberrimo D. Braun Physico Campidonensi longe famigeratissimo, cui Titulus [illegible] der Arbeit [illegible] Medicin und Chirurgie in Teutschland [illegible] vorgestellet. In cujus perlectione deprehendi cl. autorem multum temporis in evolutione et lectione librorum Theophrasti Paracelsi ~~temporis~~ insumsisse et post triginta annorum decursum tandem arcanum contra cancrum ejusque totalem extirpationem feliciter invenisse.

De Dysenteria.

Dysenteriae omnium maxime sub finem aestatis et autumno grassantur, praeprimis si hyems australis et pluviosa, i.e. interprete celeberr: Tozzio clemens et placida, ver autem siccum et aquilonium fuerit, Ejusmodi enim generis tempestates difficultates intestinorum parere innuit Hippocr: Lib: de Aere, Aquis et Locis, ut et Sect. III. Aph. 12. et hoc tanto magis si aestas fuerit calida. Idem tum Hippocr: etiam auctor est, Dysenteriam post frigidam et humidam aeris constitutionem oriri. lib. 1. Epidem. vid: Histor. Vratislav: MDCXCIX. p. 72.

Animadverti, morbum hunc ut nunc ita fere semper, Autumni initio invadere solere, et appropinquanti hyeme pro tempore cedere vid: Sydenham: Oper: med: p. m. 263.

Otiosis gulae et ventri perlitantibus ab eo majus periculum imminet, horum enim corpus pravis, glutinosis ex prava digestione scaturientibus humoribus infarctum est. In quem etiam ejusmodi referas phlegmaticos (2) Cholerici enim et sanguineae constitutionis qui sunt, facile dysenteriam incurrunt et aegre ab illo malo liberantur (3.) Ut plurimum dysenteria in viris magis est funesta quam Foeminis: ita, quod mireris, ipsae enim gravidae frequenter per partum subsequum citra ullam foetus noxam hac intestinorum difficultate exsolvuntur (4.) Melancholici rarius dysenteria excruciantur. Hinc Joh: de Canoniere in luculenta illa descriptione fluxus dysenterici, qui Lugd: Gall: 1625 populariter grassabatur, testis est, sed non vidisse melancholicum dysenteria correptum (5) Pueri enim et senes aegerrime dysenteriam ferunt ac raro evadunt (6.) Prae ceteris ad malum hoc dispositi sunt, qui in morbo venereo quondam mercurio supplicarunt, et ab Hydrargyrosi opem tulerunt. 7. In eadem

nari sunt phthisici aut occulta viscerum labe affecti, et gravibus ac contagiosis quibusdam morbis defuncti. vid. Histor. Vratislav: din. MDCXCIX. p. 72. 73. passim Dysent.

Praecedit autem dysenteriam fere semper diarrhoea, interdum autem tumor aliquis sive distensio abdominis. frequentissime cum horrore et rigore, modo graviori modo autem leviori invadit. vid. Histor. Vrat. MDCXCIX p. 73.

In dysenteria laudatur tormentillae radix in pulveris formam exhibita (praemissis nempe debitis medicamentis) praecipue si ipsi addatur ℥ drach. Corall. r. cort. Chacarill. Lapid bez. vid. Geoffroi [illegible] [illegible] p. 37. [illegible] Ther. Jul: ann 1726. p. 34.

Lingua subalbida quadam mucilagine dense obsita est, et si vehementius aeger fuerit excalefactus, nigra in evadit atque sicca. vid: Sydenham. op. med. p. m. 265.

Urina modo impense rubet modo turbida est, modo cruda vid. Hist. Vratisl: MDCXCIX. p 75.

Comitantur dysenteriam nonnunquam singultus et convulsiones, quae triste fere praebent prognosticon censere tamen nonnulli, ista singultum incipientem memini me quoque feliciter pulvere praecipitante adjuncto olei cujusdam aromatici momento pertulisse. vid: Hist. Vrat. MDCXCIX. p. 76. § 17.

De Dysenteria.

Non raro dysentericis in exanthemata erumpunt, morbilli nunquam, variolae petechia. Et eventus utplurimum solet esse tristis. vid. Hist. Vratisl. MDCXCIX. p. 76.

Interiora oris frequenter aphthis obsidentur, nonnunquam etiam dysentericis sese adjungunt dolores acerrimi circa regionem cordis, oppressiones pectoris, interceptiones anhelitus, adeo ut aegris nonnullis à suffocatione metus sit. vid. Hist. Vratisl. l. c.

Mors praeforibus esse fuerit, cum labia livent, genae p. n. rubent, oculi concavi fiunt, nasus aquilinus cernitur ac extrema frigent vid. Hist. Vratisl. l. c. p. 76. seq.

De dysenteria ejusque cura consulatur Tom. 2. Adversar: med. p. 375 seq.

tutissime semper 🜿y emeticus solutus in aqua stomachica v. gr. menth: cinamomi exhibetur: imperando ut desuper hauriatur decoctum avenaceum: si quis effectum emetico purgantem desideraret decocto Mannæ ij vel iij gr: 🜿 emetic: adjici possunt vid. Frid. Hoffm. Diss: Phys: Med: Diss VIII. Dec. II: p. 37 & seqq.

Succedunt febres hecticae quartanis male curatis partim haemorrhagiis per adstringentia interna et frigida externa cohibitis, partim ulceribus [illegible] & mesenterii, porro et violentis corporis commotionibus, post ingurgitatum frigidum potum, unde et coagulationes sanguinis et scirrhi viscerum, praeprimis hepatis non adeo raro originem trahere videntur. Vid: Hist: Vratislav, Ann: MDCXCIX. p. 110.

Fomes ejusmodi febrium est, vel lenta nobiliorum viscerum obstructio, vel eorum exulceratio, atrophia vel succorum corporis nimia evacuatio. Ita vero cum hecticis comparatum est ut sensim emacientur et partes solidae i.e. fibrosae, adiposae, carnosae pedetentim resolvantur et dissolventur. Praeterea semper plus justo calent, sitiunt, imprimis tamen actiore calore, post cibum assumtum uruntur, facile quoque in sudorem solvuntur, praeprimis nocturno tempore, cumque [illegible] ut vel hinc facile sit hecticam ab atrophia discernere. Appetitus plerumque est prostratus. Saepenumero adest pertinax tussis rauca et praeterea saliva viscida et glutinosa. Vid: Histor: Vratislav: An. MDCXCIX. p. 110.

In Therapia eo collimarent Vratisl: l.c. p. 114. ut causam per resolventia mundificantia, balsamica tollerent et excedentem corporis calorem debite temperarent, exturbatis acribus recrementis per absorbentia lenia diaphoretica et [illegible] imprimis nitrosa, quae tamen non usu continuo, sed tum potissimum, cum os siccum est adhibenda, ac profecto illa multis parasangis fumosum Poterii antihecticum post se relinquunt. tandemque dedere operam ut corpora vix ossibus haerentia restaurarent emulsionibus ex amygdalis et pinis circa noctem aliisque analepticis. Vid Hist. Vratisl: MDCXCIX p. 114.

Sudores nocturni non adeo noxii sunt ut vulgo creditur, nec ad eos inhibendos usi fuimus. Ita [illegible] omnis futurina quae sequenti modo comparatur.

℞. [illegible] crudi aeque [illegible] ratione ℥i aceti super minium infusi ℥iij totidemque Vini uncias unde emerget.

intra paucos dies. Ita simul subinde ra. Hac aliisq[ue] diff. ingentibus im becille usi sumus, sed potius quando sudores illos animus erat reprimare, elegimus ... ex spec: de hyacinth. corall. nitro quae et in Diarrhœa egregia expectationi ac votis satisfecerunt. Inter externa remedia, balnea crebra tepida quibus blanda partium externarum relaxatio fit et congestio ad interna impeditur non minimam locavimus operam. vid. Hist. Vratisl: MDCXCIX. p. 111.

Inclaruit quoque cura Hectica flac. At res iterum extra dubitationis aleam positum est, quod quando pulmones duri, scirrhosi ac tuberculis referti sunt, hac juvare non possit cujus rei exemplum proponit Histor: Vratisl: An: MDCXCIX. p. 112.

EPITHEMATA in febr. acutis et capit doloris fronti et temp. applicanda.

Ubi dolores capitis vehementer urgent hoc proficuum erit epithema.

℞ Ac: Rosar: ℥ij
spir. rosar: ℥ij
Camphor. ℈j
ol ligni Rhodi gtt XXIV.

dadurch, so öfftert warm über die Stirn und schläfe zu legen.

Aliud

℞ Nuc: Persic: ℥ß
Sem papav alb:
Hyoscyam an ʒß
Camphor: cu amygdal: q. s.
quantitate gr viij

f. l. a. Emulsio cu aq. Verben:
flor nymph: plantag. ā q:
D. S. zu Lauffwerck Milch
darin bey Kopffschmertz tücher
zu befeuchten und an die schläffe
und Stirne zu legen.

℞. Aq. fontan: ℔j
Rosar:
succi Citri
℥. albi ana ℥j
da d. vase: transp. vel loco
succi citri spir. ♁ gtt XX vel
ad gratam aciditatem. Hoffm:
de febre synoch: p. 528. vel.

℞. Aq. fontan ℔j
syr. acetos. Citr:
rub. Idaei
Berber: ana ℥j
— ♁. q. s. ad gratiam:
da d. vase.
vel
℞. Aq. cort. Flori ℔j
syr: Berber:
ribium
rub. Idaei ana ℥j
℞ flor Tunic ʒß
spir. Nitr. dulc. ʒß
M. da d. vase.

vel.
℞ Aq. C.C. Citrat: scorzon
scord: flor. acaciar
flor sam. ana ℥iß. / ℥j
Roob ribium.
Ceras: acid ana ℥ß
℞ ros: flor. Tunic ana ℥j
syr acetos. Citr ℥j
M. da d. vase —
vel.
exulephiaret tempeces. [illegible]
℞. Aq. ceras nigr: Borrag
Buglos: ana ℥iß
Compd:
Cinam cydon ana ℥j
syr Ceras. acid:
rub Id:
acetos citr
Cydon ana ℥ß.
Glys: ♁ Natr q. s. ad
gratam aciditatem: M. d. s.
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] —

 FEBRIFUGA in INTERMITTENTIBUS, proficua.

In forma Electuarii.

℞. Roob sambuc: ℥j Chinch. ʒij
Cascar. ʒij flor. Cham ʒiß
Extr. Cardben. ʒj diaphor:
or. bezoat: sal amoniac. dep. ā ℈ß
Syr. Cortic. ☉. q. s.
fiat et adde limat. dict. sal.

Vel. ℞. Conserv. ros. antiqu:
viscerat.
Pulv. Cascarill: ʒij
Chin: ʒiß
arr: ℈ij
Extr. gentian: ʒj
Syr. Cortic. ☉. q. s.
M. f. Elect:

In forma Elixirii

℞. Extr: gentian:
Cardben:
Cent. ☉ min:
Cascarill:
Terrae fol. Tartari ā ʒj
solv. in Aq. Menth. c. vini. ℥jv:
leni calore: d. adrit. gtt. 80. 100. ✝

Elixir: in Atona huius efficacia magnum dicat Hoffmann post. Tom. IV. p. 84.

In forma Pilular.

℞. Extr. Chin. Chin. Cortic. Cascar. ā ℈ß.
Croc. Tapsiti: ℈j
c. M. Syr. q. s. f. l. a. pilul. gr. j pondere
consp. ℥ rad. liquir. Dol. gr. j gr. j
singulis 4. l. 5 horis.

In forma Vini.

℞. Cortic. Chin. Chi. ʒiß l. ʒij
spec: Hippocrat: ʒij
Cardben. ʒij
infund. in Vini Burgundic. vel
rubelli ℔ij mane filtra adde
postea:
Aq. Cichor:
Cardben. ā ℥jv.

In forma Infusi.

℞. Cortic. Chin. Chin ʒj
infund. in Aq. Cichor
Cardben ā ℥ij

In forma Pulveris.

℞. Ti. Bezoat:
arcan. dupl.
sal amoniac.
Cascarill. ā ℈ß.

℞. Corne. cerv.
Chin
Nitr. dep.
diaph.
[illegible] ā ℈j
M. f. pulv.

DE CARDIALGIA.

Cardialgia aetiologia haud raro fundatur in abrasione peristomatis internum ventriculi parietem investientis, quod per humorum impuritatem et bilis acrimoniam fieri solet. Hinc mucamento non restitutus stomachus nihil in ulla qualitate vel minimum excedens perferre potest. Omni igitur opera eo nitendum, ut illud peristoma restituatur, quod fit mucilaginosis temperantibus et demulcentibus; frustra autem quaeritur in pulveribus aromaticis, elixiriis, hujusque commatis aliis stomachicis. Ita nos restituisse plurimos quam multos sincere testamur. In hunc finem alius quidam celebris Medicus sequentem mucilaginem ordinare consueverit. Rx. Rad. filic.

concis. ℥iij Hordei deglumati (gerste in gort) ℥iiij

coq. in Mens. j aq. font. per 12 hor. singulis 2 horis identidem affundendo aqua fontana $\frac{1}{4}$ mens. donec magnam consistentiam [illegible] acquirat. Cremor seu colia potius per pannum colata sumatur mane et noctu ad 2 cochlearia per tres septimanas. Hunc etiam tali colicum aliquando in- terminari [illegible] abegimus vid. Roi. Lentil. Iatromnem. Pract. p 182.

De Chlorosi.

Les filles de l'age de douze ans jusque à vingt, sont tres sujettes à une maladie qu'on nome ~~vulg~~ vulgairement Pales Couleurs. Elle est souvent si opiniatre, qu'il est fort ordinaire de voir des filles languir des années entieres sans pouvoir recouvrer leur santé quelque Remede qu'on leur fasse. vid: Traite de maladies les plus frequentes de Mr. Helvetius p. 312. seq.

Chlorosis virginum, quae medium quasi locum inter dispositionem cachecticam et cachexiam ple=nariam occupat, ē malum ple=rumque chronicoteron, et sponte non facile evanescit, nisi vitae generis insignis mutatio, praecipue transitus in statum matrimonia=lem intercedat. vid: Junck: Consp: Med. Tab. LXIV. p. 417.

Urina ē aquea, pallida sine sedimento. vid: Lentil: Eteod: p 129. tradit ibidem curam filiae chlorosi laborantis. it: l.c. p. 259. 290. aliisque in locis.

vid: Collegi M.S. D. Saltzmani Tract de Cachexia. LXIV.

Chlorosis in Febris amatoria audit quinque ob rationes. (1) Quia amabilioribus fere puellis, quas natura delicatiore corporis textura dotavit, prae aliis solet ēē comunis. (2) Quia ea demum aetate sese prodit, qua serio amare et amari discunt Virgines. (3) Quia puellarum multae ut amentur procoque digna aptaeve habeantur studio sibi pallorem hunc conciliant secundum Ovidii l. 1 A. A.

Palleat omnis amans, hic est color aptus amanti.

(4) Quoniam Amor, intemperantior videl: cui insignis in corpus nostrum ē potestas, saepius huic affectui viam parat. (5) Quia juxta Hippocratem Amor seu Venus (modo licita) praestantissimum hoc in morbo ē remedium verumque Nepenthes. vid: Tom: diss. var: III. diss: 26. p. 3. seq.

Symptomata huic affectui comunia eodem loco recensentur: p. 5.

De Chlorosi.

Inter causas hunc morbum producentes merito referuntur affectus animi; quorum insultibus obnoxiæ magis videntur virgines. Arguimus hic præ ceteris Amorem et Mærorem; illius tyrannidem vel ea loquuntur, quæ maxima cum virium, caloris atque coloris jactura tacitos nutriunt ignes, ad quas eleganter Terentius in Eunucho act: II. sc. 1.

Dii boni! quid hoc morbi est, adeone
homines immutarier
Ex amore, ut non cognoscas
eundem esse!

quod de quibusdam chlorosi laborantibus revera dici potest. vid: Diss: supr: allegat: p. 15. Methodus medendi eidem ibi traditur.

de hujus morbi cura agit in Zwinger in seinem [illegible] [illegible] arzt. p. 300.

Pertinet huc eadem cura quæ in suppressis mensibus locum habet vide supr: Tit: de Fluxu Muliebri p. 101.

234.

De Fermentatione.

Fermentationis definitionem satis accuratam tradit Stahl: in Opusc: Chymico-Physic: Medico c. 2. p. 73.

De Febre Petechiali.

Invadit haec febris ordinarie cum frigore et horrido illo quidem, imo et rigore impr: in tensivis doloribus in dorso quantumvis neq pedes impr: tibiae sensu illo stringente atq premente careant, durat hic frigus non per aequale tempus apud singulos: ad minimum quidem per dimidiam horam aliquando hic in ad integram rarius adhuc amplius. Calor succedit immediate cum angustia et anxietate circa praecordia, minime hic nauseosa. Durat hic aestus per horas bene multas, ita ut primis in paroxysmis vix altero mane notabiliter intepescat. Sicut in usq ad novam exacerbationem satis et patienti gravis est et tangentibus obvius vid. Sthal Opusc: Phys: Chym: Mers. chaj: p. 626. seqq.

Si in febre petechiali calor mitior sitis sat tolerabilis et quies corporis sine manifesta jactigatione, sed debilitas gravis ac continua in somnum propensio ac non consueta antea taciturnitas anguem in herba latere indicant vid Hist. Morb: Vratislav: 1699. p 4.

De Febre Petechiali.

Typus et mos febris petechialis quæ A°. 1699 Vratislaviæ grassata est, sequens fuit. Incipiebat cum quadam gravedine, tussi, imo et faucium inflammatione et tumore, horrore leviori corpus concutiebatur. Aderat præceps et subita virium prostratio artubus quasi lassitudine fractis aut contusis. Pulsus arteriarum exilior et imbecillior, frequens tamen et inæqualis erat. Calor, qui horrorem sequebatur, in sanguineis intensior, in sanguineo-phlegm: mitior cernebatur. Occupabat iste totum corpus maxime vero caput, unde in floridioris habitus corporibus, cephalalgia acutior, rubor faciei, oculi scintillantes, vigiliæ, deliria furiosa, jactatioque corporis, sitis, reperiuntur. vid: Histor: Vratislav: MDCXCIX p.3 seqq.

Maculæ quæ in hac febre ut pl: erumpere solent si rubeæ sunt, meliores deprehenduntur, deteriores vero, citrinæ, lividæ, violaceæ, impr: vero si hæmorrhagia gingivarum circa dentes incisorios superioris maxillæ, enormior juncta fuerit; sed pessimæ omnium nigræ erant, præprimis aliquanto majores. vid: Histor. Vratisl. MDCXCIX. p.5.

Urina non uno modo comparata erat, Nonnullis tenuis et aquosa, carens sedimento, ab aliis intense rubra in principio reddebatur; sedimentum ab initio morbi raro lætum prænuntiabat exitum circa diem vero nonum, decimum quartum et vigesimum fausta omnia sperare jubebat. Suspectæ quidem nobis urinæ statim post emissionem turbidæ et fœtidæ erant tamen quibus nullum malum portenderent, licet non de nescio qua capitis infestatione ægri simul quererentur. vid. Hist Vrat. l.c.

Alvus aliquibus adstricta erat et hi ut pl: intensiore calore exæstuabant, et præcordialibus anxietatibus obnoxii, dolore capitis immani infestabantur, nonnullis vero contra in fluxum concitata erat, ac excrementa copiosa ac fœtida varii coloris rejiciebantur et in his

symptomata mitiora erant, per totum morbi cursum. Salutaris admodum fluxus ille post diem septimum observatus et accedente sudore solutionem morbi promittebat. Et testari utique possemus, quod siccitatem alvi nostra hæc febris pessime tulerit. vid: Histor: Vratisl: MDCXCIX p. 5.

Angina Prunella, apthæ, rarissime bonæ spei sunt. Coma cum frigore extremorum et stertore, hianti ore, lethale. Urina atra in principio febris mala, licet in declinatione mutetur in meliorem. Item. Urina cruda seu ex claro quasi confusa seu rubeo citrina obscura, nonnihil cum ænoremate disperso flocculoso quasi seu farinaceo, aut cum sedimento gravi viscido, obscuro, arenoso et agitatione vix desilienti, ut plurimum infesta. Maculæ in principio apparentes infaustæ, ejusdem comatis sunt, violaceæ, lividæ, quorumque tempore in conspectum veniant, item atræ, Labra liventia aut nigricantia mortem indicant. vid. Hist: Vratislav: MDCXCIX. p. 8.

Quo magis sitis deficit, eo pejoris ominis res est. vid Carl. Hist. Med. p. 89.

Invadit hæc febris sub vespera hora 5 vel 6. cum frigore horrorimo et rigido, concurrente tensione in dorso dolorifica, ubi nec pedes tibiæ sensu stringente prementi carent. Nec durat per æquale tempus hic horror apud singulos, raro ultra dimidiam vel integram horam excedens. vid: Sam Carl: Histor. Med. p 88. it: Sthal Opusc: Chymic-Phys-Medicum: Mens: Majo p.m. 626.

Illi ægri qui notabilioribus capitis doloribus afficiuntur communiter minus periculosi deprehenduntur, quam isti in quibus imprimis plane nullus in capite sensus molestus occurrit. Sicuti in genere notandum ubi ægri nullius morbi sibi conscii esse videntur, licet de reliquo mente constant, præter lassitudinem insignem appetitum plane deficientem, somnum nullum aut levem etc: quod ibi ordinarie maximum soleat esse stimulum. vid Carl: Hist. Med. p 89.

DE FEBRE PETECHIALI.

Quantum ad V.S. quidam Practici in plethoricis in vigore aetatis constitutis ab initio metuentes febrem magnam omnino eam celebrarunt. Alii contra censuerunt eam esse omittendam, tum quia vires quarum maxima habenda est ratio, ita debilitentur, tum quod hoc modo miasma non expellatur, nec visitione praedicta mala evitari queant. In horum numero sunt D. Grassius, Pauli et Helwich. et hic quidem ultra ducentos petechiali febre detentos sine V.S. tractavit, ac ex his vix octo fatis occubuerunt, in illis vero qui proprio consilio, ut non raro fit, venam si pertundi fecerant, circa dies criticos congestiones ad caput delirita phrenetica, anginam, aphthas, aphoniam, alvi siccitatem ac convulsiones observavit. vid: Histor. Vratislav. MDCXCIX. p. 9.

V.S. in vere non adeo absolute aestate vero ac hyeme, nec non autumno certa mors est. Non habet usum nec necessitatem imo nunquam sine periculo esse solet. Siquidem die 7. 9. 10. incompletam congestionem haemorrhagicam ad

caput

caput attrahit quæ erumpere prorsus nesciens, fauces occupat, aphtas producit, nec non stagnationem sanguinis intra caput cum delirio, comata lethargo inde succedentibus ægrumque jugulantibus vid: Cael Hist. Med. p. 92.

De usu V.sectionis in febb. petechialibus vid: Frid: Hoffm: Medicin. Consultat. Tom. III p. 35. prolixius eandem materiam tractat idem Hofmannus in Medicin. Consultator. Tom. V. p. 359. seqq.

Purgantia quod spectat, pluri mi quidem sine ope purgantium teste D. Grassio et Pauli et aliis cum sanitate in gratiam redierunt nihilominus lenientia eximium habuisse usum, certum est. vidimus in eos, quibus evacuans datum fuit facilius superasse morbum. Confirmabamur in hinc, quod toto die cerneremus diarrhœas, si non utiliter, absque damno tamen petechizantibus concitari; unde facile concludere licebat, nos tuto quoque sic naturam imitari, et catarcticis sordes in intestinis hærentes eliminari posse id quod fluxibus hisce concitatis natura molitur. Doct: Helwich. familiaris est Tartaris ex Tartaro depurato ℈ β. ac gr. j vel ij Scammonii ℞ quibus apud ditiores etiam grana pauca Auri fulminantis certis ex causis, addit. Quibusdam placet more Wedeliano, lenientibus addere, quæ simul ad malignitatem habent respectum. Ita meminimus quosdam rad. Scorzon: Scordii cum fol. Sen: et Rhabarb. Alex.

decoqui jussisse et ægris suis haustum præbuisse. vid: Histor: Vrat: MDCXCIX. p. 9. seq.

Vomitoria in febris epidemica principio hominibus phlegmaticis aut melancholicis robustis et nauseantibus, præsenti conatu vomendi interdum cum successu dantur vid: Histor. Vrat. MDCXCIX. p. 20.

Clysteres in hac febre cum fructu applicantur dummodo cautela hæc observetur ne nimirum circa tempus eruptionis macularum id fiat: sed si opus ante vel post illud: debent autem esse emollientes v: gr: ex solo decocto flor: Chamomillæ vulg: oleo amygd: dulc: melle et pauxillo nitri vid. Frid: Hoffm: Med: Consultat: Tom: II: p. 98.

DE FEBRE PETECHIALI.

Tota fere cura bezoardicis absoluta à nobis fuit. Imo à medicamentis alexipharmacis fortioribus volatilibus, bezoardicis calidis, à nobis abstinuimus, ac abesse voluimus Theriacam, mithridatium Elect: de ovo. Sp. ri. CC, viperarum Elix: Pestilent Crollii, olea bezoardica etc: decantatissima alias remedia, quia vidimus ea, hac in febre epidemica obfuisse magis quam utilitatem attulisse. Sed justo tempore à nobis exhibebantur aegris, pulveres Bezoard: D. Sennert: Rhumbaum. Fis polychrest. Döring Pannonic: rub. aut extempore componebantur alii, ex. C.C. phil: ppt. unicor: ver. matr. perl. ppt. lap bez. corall ppt. Succin. ppt. Dio diaph. bezoardicis mineralibus et Chymicis variis. lapid: Bez: occid: et or: terra sigill: Cinabar: nativ: et quod utramque semper paginam implebat Oo. In forma guttarum propinabatur à nobis Mixt. S. Ess: Scord: saturatior Ess: myrrh de

Diascordium quoque Fracastor: (licet compositio non adeo concinna sit et ex sudoriferis et adstringentibus constet) in Va Bezoardica dissolutum, admixto syrupo convenienti, praeprimis illo, quem acetositatis citri officina vocat, expectationi nostrae satisfecit et magno cum successu tot aegris à nobis praescriptum fuit. vid Histor: Vratislav. MDCXCIX. p. 10 seqq.

Communis tam vulgi quam Medicorum olim fuit opinio Variolas, morbillos, purpuram atque pestem expellentibus et alexipharmacis esse tractandas, nihilominus solida et accurata per plurium annorum decursum experientia ostendit, haec omnia nocentissima esse, longe vero tutiora in expellendis variolis et morbillis esse quae nimios motus sistunt, impetus arcent, humectant imo refrigerant cujus generis sunt acidula, anodyna terreaque fixa, emulsiones ex sem: 4 frig: etc: Denique omne regimen in his morbis temperatum calidiori nocentissimo longis parasangis esse praeferendum usus quotidianus edocuit vid: Frid: Hoffm: Diss: Phys: Medic: De. Diss. 1. p. 16. seqq.

DE FEBRE PETECHIALI.

In æstu et ejus pedissequa fere individua, siti omnibus prælaudatum antea nitrum cum subacidis, succo citri, bacc: rub. id. et Ol. philosoph: Ri dulc: vino granator: berber: etc: factum fecit. Et proinde hic male rem gessisse putandi sunt illi medici, qui nihil lamentationibus æstu exustorum ægrotorum moti, fumosis suis sudoriferis et turgefacientibus bezoardicis miseros tantum non excœcarunt: vid: Histor Vratislav: MDCXCIX. p. 13.

Potum sufficiente q: non regavimus etsi à frigido studiose dehortare, mur. Nam à frequentiori hoc potu alvus redditur fervida. Nonnullis in usu erat cerevisia tenuis, aliis aqua hordei, quibusdam decoctum C. C. citratum, item Scorzoner: cum rad acetosæ, cerasis acidis, passulis minoribus vid. Hist. Vratisl: MDXCIX p 14.

Quid in curatione hujus febris sit observandum prolixe admodum descripsit D. Sachs vid: Coll: II: Tab. XLIX: et seq: exquisitas ibidem reperies formulas —

In curatione febris Epidemicæ 1720 cujus descriptionem tradit Fr: Hoffm: inter alia maxime laudantur decocta humectantia loco potus ordinari usurpata quæ constant ex rasur: C.C. rad: Scorzon: Hord: mund: rad: Chin: et pomo citri vid: ejus. consult: Med: Tom. II. p 98.

Quid in hac febre efficiant Vesicatoria quando et qua cum cautela sint administranda vid infra p 264. seqq sub Tit: de Vesicatoriorum usu et abusu.

Bubones si qui in inguinibus aut sub axillis erumpunt, quomodo tractandi sint docent Wratislavienses vid eorum Hist: Morb: An: 1699 p. 43.

246.

DE VTERO.

Vterus ē pars corporis Muliebris organica, membranoso-spongioso-fibrosa, ad pyriformem accedens figuram, in æqualiculo vesicam inter et intestinum rectum sita, tum auræ seminis virilis ut et ovulo recipiendo, tum etiam fœtui fovendo, nutriendo et suo tempore excludendo dicata vid: Diss: saltzm: de Vtero p. 6.

Uterus consueto naturæ ordine non nisi unicq ē in muliere, in animantib. brutis varius numero invenitur. Bened: Vassalius Chirurg: in Act: Anglic: 1669 notat, se in corpore mulieris 32 añoru duas matrices reperisse, in quarum altera, quæ vera dici meretur, undecies; in altera v̄, q adjunctum uterum vocat semel tantum concepit. De qua observatione maxima inter Anatomicos lis exorta ē; Riolanus in Anthrop: l. 2. c. 35 ut et Regn: de Graaf non dubitant assentiri Oldenburgio tale, de extraordinario hoc conceptionis loco judicium ferenti; id quod à Dno. Vassalio hujus relationis publicatore secundus uterus existimatur, nihil aliud ēē videtur, q vera matrix extensa, vel id quod Anatomicis Tuba Fallopii vocatur; quib. assentitur Tilingius Exerc: de Tuba uteri. Cum è contrario Franciscus Mauriceau Tr: des maladies des femes grosses. contendat, supra nominatos naturæ indagatores cum multis aliis deceptos fuisse, malitq. Vassalii de duplici utero verbis scrupulose inhærere; quod tn neq ratioi neq autopsiæ conforme ēē videtur. vid. Diss. saltzm. de Utero p 7 et seq ibidem dicit. Historiam porro duplicis uteri legere licet apud Fab. Faorum. in Hist Mexic: Nov. f. 547.

Quand l'uniformité de la Nature semble se dementir, rien ne doit plus exciter l'attention des Philosophes. M. Litre en disequant une petite fille morte à l'age de deux mois trouva qu'elle avoit le vagin partagé par un espece de cloison en deux cavites égales, l'une a droit l'autre a gauche, de maniere cependant que la cloison n'etoit entier et ne formoit deux cavités absoulement separées que depuis le milieu du vagin jusque à la matrice. Chacune de ces deux cavites aboutissoit à une matrice particuliere qui avoit son orifice, son cou, son fond, le tout ~~[illegible]~~

parfaitement separé de la matrice voisine, mais parfaitement sembla-ble en figure, en consistence en dimension. Les deux Matrice depuis le cou, jusqu'à une cer-taine profondeur, n'etoient que come une seule partage en deux par une cloison, mais leurs fonds etoient entierement distincts, et detachés l'un de l'autre. Chaque matrice n'avoit qu'une trompe, et qu'un ovaire, qu'un ligament rond, et qu'un ligament large. vid: Histoire de l'academie Royale des Sciences An: 1705: p. 47. it Memoires de l'academie Royale des Sciences 1705. p. 382. M: litre y done ses remarques et conjectures. que si cette fille de deux mois avoit vecu et qu'elle eut eté mariée elle auroit pû concevoir en differens accou-plement, tantôt par l'une des parties de sa matrice et tantot par l'autre, selon que la semence virile auroit ete portee à l'une ou à l'autre des ces parties.

Que la superfœtation ne peut arriver que dans une ma-trice à peu pres semblable a celle de la fille dont il s'agit vid: Memoires: 1705. l. c. p. 385.

Celeber: Ruyschius recenset in observationibus suis quod sterilitas ~~[illegible]~~ interdum quandoque provenit à clausura Tubarum Fallopianarum vid: ejusdem Respons: ad Frideric Bidloi vindic. p: 26.

DE VTERO.

Situs uteri prouti à Blancard: Anat: Ref: describitur e inter sterc. cora et urinam vid: Diss. de fœtu 46. annorum: quæ extat in Tom: VI. Diss: 8. p. 11. seq:

de simili materia legi meretur eâdi. dic Dissert: Paradoxorū anatomicorū circa Homin: Generationē extat in Tom: II. Diss: 25.

Magnitudo uteri accurate determinari nequit. Ut plurimum fin: in non gravidis longitudo ê trium pollicum, latitudo duorum semis, crassities duorum digitorum vid: Diss. de fœtu 46 annorum quæ extat in Tom. VI. Diss. 8. p. 12.

De Hernia.

Dionis in chirurg: docet præparare cataplasma maximi usus in Hernia incarcerata, quando ns: annuli nimis constricti sunt adeoq repositionem intestinorum prolapsorum impediunt: vid: operat: de chirurgie. p. 290 et seq:

Quando inflammatio in Hernia adest scroto vel inguini Cataplasmata emollientia imponenda sunt; idem etiam faciendum quando cum inflammatione faeces concurrant, in quo casu simul in usum vocandi sunt Clysteres emollientes. ejusmodi cataplasmata præparare docet Municks in chirurg: p. 192. seq:

Herniæ scroti prolixam historiam cum signis prognosticis diagnosticis et cura vid: in Dis: Varior: Tom. 1. Diss: 23. de ΟΣΧΕΟΚΗΛΗ.

Herniæ per dysenteriam curatæ Historiam tradunt Berolinenses in act: Tom 1. vol: 6: p 44. ratio in promptu est, intestina non depleta facta, vegeto in tali morbo gaudent vermiculari motu ad propellendum contenta, quo facile illorum in situ mutatorum, dato in abdomine spatio fit retractio et restitutio p: 45. l.c: Hinc egomet ipse autor suasorq sum et non in Hernia inveterata praecipue quando nulli fieri

modo intestina in scrotum delapsa re, poni possunt, interdum laxantia aegro propinentur quo materia in istis contenta per alvum evacuetur quem in finem in laudandi sunt clyst: fuique acriores.

Il y a une autre espece de hernie jusque a present inconnüe et que M. Litre a decouverte sur quelques cadavres. Une portion d'intestin s'engage dans un aneau mais non pas entiere, Il n'y a que qu'un des cotés du canal de l'intestin, dont la membrane, par quelque cause que ce soit s'enfonce dans l'aneau, s'y allonge peu a peu, et forme à la fin un tuyau sans issüe, droit et simple, samblable à une branche qui se jette a coté de son tronc; Aussi M. Litre a-t-il il observe, qu'a l'endroit ou l'intestin jette cette product. on laterale, et forme la hernie la membrane est beaucoup plus mince, parcequelle n'à pu s'al. longer sans perdre de son epaisseur à proportion vid: Hist. de l'academ royale de Sciences MDCC p. 16. M. Litre rapporte tous les signes ausquels on peut reconoitre cette nouvelle espece de hernie et come elle demande une nouvelle operation, ou du moins des changements considerables dans l'operation comune il en instruit les Chirurgiens dans tout le detail necessaire in Hist: de l'acad: roy: de Sciences l. c. p. 16.

Liquor traumaticus zum einspritzen in offene Wunden.

℞ Spir. Vin: rectificat:
Myrrh:
aloes. ros:
gum. elemi:
tacamahac:
flor Hyperici:
rosar:
mille fol:
Bals. peruvian:

Zusammen digerirt und hernach
mit etwas Essighonig vermischt
in die Wunden eingespritzt werden: Fr:
Hoffm: Med: Consult: Tom. III. p. 184.

CASVS RARIOR DE FOETV XLVI ANNORVM.

Contigit a° 1720 Mense Martii in pago Suevico prope Gemundam, Leinzell appellato ad Nobilem quendam ptinente, quod fœmina quæ nomine Aña Müllerin, procerioris et gracilioris corporis habitu prædita, hilaris atq alacris ad ultimum usq vitæ terminum, añorum circiter XCIV. Vidua quadragenaria, ante XLVI años se gravidam pronuntiasset, Menses emansere, abdomen intumuit, tandem tempore instantis partus, dolores quoq parturientium sensit. Dum v à matre atq adstantibus expectabatur infans, spes fefellit postq n sine ullo alio effectu, nisi quod aquæ effluxerint. per 3 imo uti postmodum Chirurgus perscripsit 7 circiter septimanas hi dolores durassent, exhibito uti Chirurgus retulit, nescio quo medicamento, forsan anodyno, à quodam medicastro, omnium cum admiratione cessarunt, et nullis subsequentibus gravibus symptomatibus, mulier satis bene vixit, nisi quod tumor abdominis remansit, et pondus quoddam gravativum ibidem senserit. Probe tn hic notandum symptoma, quod ab exhibito isto pulvere subsequutum et à Rever: D. Pastore loci seq. perceptum: da namq: die frawen Medici an ihr operirt, und die generation keinen fortgang haben wollen, meistens das ansehen gehabt, dass kein anders mittel, als die anatomie sollte vorgenommen werden, so hat ein gewisser bader und Bürger in Aalen sich unterstanden ihr ein weisses Pülverlein einzugeben welches bald operirt, also zwar, dass ein tewrer riss geschehen sein soll in ihrem Leib, darauf habe es sich gesetzt, und stets an einem einigen Orth verbliben. Sed mox altera vice impregnata, uterus mirum in modum elevabatur variis molestiis succedentibus, tempore v partus solenni unicus tantum prodibat infans, quod et similiter 3tia vice accidit, qui ambo adhuc superstites, filio venatore Episcopali ([illegible]) existente, filia v in Gallia degente. Die fraw aber habe allezeit zuvor, referente Chirurgo, ihre natürl: menses. Tumore igitur pristino non subsidente, dolore isto gravativo, præcipue si loco se movere sedemq mutare intendebat et et si dextro lateri incumbebat, dolore in sinistro latere infra umbilicu spatio volæ manus urente continuante usq ad finem vitæ indesinenter de graviditate conquesta est. Irridebatur quidem non tantum à plebecula sed et prudentioribus hæ insolitæ querimoniæ, ast, hoc non obstante, firmiter inhærebat suæ opinioni, adeo ut ante 20 años cum à D. D Wohnlich Physico Gemundensi in ædibus supra memorati nobilis jocando interrogaretur, wann sie ein mahl ihr Kind haben wolen, non tantum hunc Practicum, sed etiam

tunc

tunc præsentem Chirurgum Heubacensem Knausen eo adegerit, quo stipulata manu pollicerentur, se illam post mortē incisuros ēē. Imo minata ē, si promissa non servarent, se ex sepulchro redituram, ac istos inquietaturam esse. Ita vixit adhuc usq; ad XCIV ætatis an̄um, qua ætate morbo quodam asthmatico pectorali correpta senio confecta, et viribus sensim sensimq; remittentibus, de reconvalescentia desperabat, hinc mortem fores pulsantem observans, desiderium suum ~~reiteratis~~ petitis minis reiterat et à Perillustri familia petit, quo post obitum cadaver à Chirurgo Heubacensi, mortuo interim Laud D. Wohnlich aperiatur. Cui anxio petitoq; etiam an̄uebatur. Per tres enim quatuorve dies ægritudine quassa, XI. Martio Aº. 1720 fatis cessit, hinc altero die à prædicto chirurgo ejusq; genero corpus defunctæ jussu atq; permissu Illustris Dn: de Lang aptū ē. Incidebant abdomen tumidum, integumenta removebant, interiora perlustrabant, pleraq; viscera exceptis pulmonibus sana reperiebant, uterus autem præcipue versus latus sinistrū p.n. turgebat. Hic curiositatis ergo discissus ecce mirandum naturæ phænomenon globus videlicet osseus, magnitudine maximæ sphæræ lusoriæ (Kegel Kugel) in scenam prodit qui lateri sinistro uteri mediante carne squamosa, magnitudine floreni firmiter adhærebat, quo in in latere in utero plurimæ conspiciebantur glandulosæ excrescentiæ. Stupebant non inmerito, insolitumq; hoc productū ad ulteriorem rimationem animos incitabat. Separato itaq; globo ab utero ac seorsim considerato, sequentia sese sistebant; Exterius totus fere erat osseus, figura fere sphærica pondere circiter ℔viij superficie non glabra sed aspera, prominentiis ubiq; parvulis obsita. In sinistro vero latere quo utero adhærebat, aliquo modo erat cartilagineus, neq; adeo durus ut in reliqua circumferentia. Necesse quidem fuisset ut caute ac circumspecte vel serra vel alio adaptato instrumento apertus fuisset ne interiora læderentur, sed nescio quo fato, vel imperitia vel nimia festinatione eo deducti, ut securi scinderent globum, moxq; diductis hemisphæriis in conspectum veniret fœtus mortuus, sexus masculini, ad partum maturus, non putridus sed livido defunctorum colore præditus aliquatenus referente pastore, instar carnis fumatæ subfuscus; ast perhibente Chirurgo, recens, et fœtui hoc momento defuncto simillimus, nullum fœtorem

spirans

spirans, corpusculum uti et viscera quoad tactum justo duriora deprehendebantur, et propter liquidi defectum aliquantulum exsiccata et indurata, omnibus ~~mi~~ membris insuper, imo unguiculis absolutus, totus siccus, uti et reliquum concavum sphæræ, adeo ut nullum vestigium ullius liquoris in interstitiis appareret. Situs ceteroquin erat naturalis, et fortuna juvante in latere dextro aperturam instituebant, sine parum læsus infans, nisi in latere sinistro fig. II. 3. ubi profunda facta incisio, et duæ costulæ Fig III extractæ. Funiculus umbilicalis Lit F. 4 l. 5 digito, cum spatio ab umbilico, referente Pastore, involucro accretus, altera vero portio lit: G. sub humero dextro tendebat ad posteriora, ubi huic involucro osseo vel potius parti cartilagineæ de novo firmissime annexus erat. Prope osculum caveam quandam Lit. C manus dextra D. impressit, crassities autem involucri, quamvis non ubique æqualis in plerisque tamen locis calamum scriptorium æquavit. His igitur effati mulieris convicti, ob rei raritatem attoniti, significabant Nobili de Lang. qui una cum Parocho aliisque oculatis testibus hujus pagi nomine atque sigillo de illius veritate testati fuere. Asservatur hic fœtus in incomparabili Gazophylacio Stuttgardiensi. vid: Dissert: Rudolph. Camerarii de hoc fœtu Tubingæ habita. A.o MDCCXX. d XXVIII Junii.

De Hydrophobia:

Remedium specificū et infallibile
Dn: de Wasy in Hydrophobia comuni
catur à Collect: Comercii Literarij
Physic: Theorici Medic: A°. 1735.
p. 83. Hoc specificū ab Empirica
Kez Kamettensi Dno. Wasy fuit com
municatū et consistit in seq:

Rec: grana iv. v. ad x. cantharidū
in pulverem subtilissimū redacta
rū, cum ℥iß vel ℥ij aceti vini
acerrimi decoctarum, atque
dum adhuc calebant ægro vel
vel violenter etiam, una cum
aceto propinatarum, quibus deglu
titis, aliquot Cochlearia ejusdem
aceti, sed frigidi ut ab ægro, ca
piantur, eadem jubebat. Peractis
his, hydrophobi sive in somnum
sive in syncopen, agoni similem
mox inciderunt, post aliquot
tamen horas sanissimi evigilantes
tuncque copiosam urinam, multis
vermiculis catulis canum simili
mis refertam, emittentes. vid Comer.
Liter. Norimb. 1735. p. 83. —

Tumores Testiculi können glücklich gehoben werden, durch einige fotus oder bähungen und Auflegung des Emplastri de Ranis cum Mercurio Vigonis vermischt mit dem Empl: de Meliloto et diachylo c: gummatib: Die bähungen werden des tags 2 mahl applicirt, und setzt man sich auf einen weit ausgehöhlten Nachtstuhl, darunter ein Decoctum e semine Lini, florib: Chamomillae et Lilior: alb: et sapon: gemacht, in einer Schüssel gesetzt, und wirfft man, wan es kalt werden will glüende Steine in die Schüssel damit der dunst beständig aufsteige und davon gehe. Nach der bähung legt man das Pflaster auf, da dan der Tumor sich nach und nach dissolvirt und

Fr: Hoffm: Med: consultat: Tom. V. Dec. II. Cas. 1. p. 90.

Terror salutaliter solvitur motu intensiori cordis et arteriarum quodā febrili cum subsequente sudore vid Fr. Hoff: Med: system: Tom. II. p. 164.

Ad saevissima illa mala, quae terrorem subsequuntur avertenda non opportunior datur medicina quam quae spasticas partium nervosarum stricturas relaxat, vires reficit et sanguinis cursum a dexteriora promovet, eumque liberiorē reddit, inter quae merito recensendae Mixturae, quae aquas analept: et antepilepticas habent ut sunt Aq: lili convall:

flor: Til:

salv: c. vin et sin vin:

Balsam: Embryon.

misceri poss. Essent: Ambr: ver:

Spir Nitr: dulc:

Mixtur: simpl:

vel in Ess: Theriacal:

it: Pulv: Bezoard:

vid: Fr. Hoffm: Med: systemat: Tom II. p 165 seq.

e. gr. formula poss. sequ:

℞ Aq: Salv. c. vin. vel s. vin
Aq. lil: conv: c. v.
Cinamom: c. V. ana ℥j
Ess: ambr: ver: ℈j
Bals: liq: spirit: gtt XXX.
Sachar: perl: ʒß

M da Nitr sig. ...

Quod attinet ad vesicantia Arabes ea invenere pro excitandis duntaxat ægris à soporosis morbis, puta lethargo apoplexia &c. vid: Baglivi op: Med: p. m. 645.

Qui graviter vulnerati capite fuerunt cum vomitu, abolitione sensuum aliisq gravib. læsi cerebri symptomatis, dum illis applicabantur vesicantia, nonnulli vehementissimis convulsionib. corripiebantur paullo post applicata vesicantia. Alii sudorib. frigidis, quib. superveniebat mors, paucis interjectis horis aut dieb. vid. Baglivi oper. Med. p m. 652.

In febrib. ardentib. et continuis in quib. magna adē sanguinis agitatio, et impetus. In constitutione anni calida et sicca, in similib. pariter temperamentis, regionib. victus generib., ætate juvenili. In affectib. nervosis cum febre ad ardentem inclinante. In affectib. comatosis febrium quæ accedunt ad ardentes. In morbis pectoris spasmodicis, inflam-

ma

matoriis et à salino acri constitutione sanguinis productis semper in pejus cessisse vesicantia observavimus. vid. Bagliv. l. c. seq.

In delirantib. cum febre acuta et lingua arida dum applicabantur in Xenodochio vesicantia celeriter omnes moriebantur et magna ex parte convulsi: Quibus repetitis eventib. perterrefactus, ipse postea feliciter usus sum remediis diluentib., emulsionib. refrigerantib., et sectione venæ frontis in supradicto casu. etc. Vesicantia interdum, ob insignem quem excitant dolorem, delirium jam factum adaugent, imminens vero accelerant. vid. Baglivi Oper: Med. p 654. —

Delirantes, ab usu vesicantium plures mortuos vidimus quam sanatos. idem. l. c.

Peccant in eo sæpius Medici, quod præsente in acutis febr. delirii vel convulsionum periculo ad vesicatorium tanq ad sacram anchoram

con

confugiant. Quam tristis saepe sequatur eventus, nevi post auctis istis symptomatibus et ipse didici experientia, et aliorum hac de re observationes id confirmant, Cl: König: exempla adfert febre maligna laborantium, deliriis vigiliis et inquietudine afflictorum quibus applicat vesicatoria intensissimos dolores, ardores fermos ac si pars aëneo igne torreretur, et capitis incendium cum convulsionibus epilepticis funestis concitarunt vid: Fr: Hoffm: Med: System: Tom. II. cap. VIII. p. 286.

De praestantissimo vesicatoriorum usu in doloribus capitis contumacissimis nullisque aliis medicamentis cedentibus vid. Observ: Petr: Antonii Michelotti quae extat in Act: Phys: Med: N. C. Vol. 1. Obs: CIV. p. 197. seqq.

De vesicatoriorum usu et abusu legatur Bohn: in Tr: de officio Medici duplici Clinici atque Forensi p. 315. seqq:

Fr: Hoffman: multiplici compertum habet experientia infantibus succulentis, variolis aut morbillis mox prodeuntibus mox relabentibus exoptatas tulisse suppetias vesicatoria, brachiis vel manibus admota, ipsa vesica imposito Emplastro diapalmae, aliquot dies aperta servata vid. Fr: Hoffm. Dissert: de praestanti vesicatoriorum in medicina usu p. 14. seqq. Addit Cl. Autor huic Dissertation cautelas quasdam probe observandas quando quorum casu quo loco quaeque circumstantiis [illegible] et temperamentis vesicatoria sint applicanda

In febribg, quæ exilissimo pulsu extremitatibg frigidis, anxietates, ad morbos soporosos propensione, aliisq coagulationis indiciis stipantur dictu ẽ incredibile q proficuos effectus afferant vesicantia; multo magis si adsint tempus hyemale, temperies aeri ad humidum inclinans. habitg pinguis et similia vid: Bagliv: oper. Med. p. m. 655. seqq.

Quanta utilitatis vesicatoria sint in pleuritide et affectibg pulmonum vid: supra sub tit Pleuritidis p. 78.

In oculorum et faciei morbis vesicantia cervici applicata sunt tanq specifica et cæteris præstant, præsertim in suffusione et fluxionibg vulgo dictis ad oculos irruentibg ut sæpig mirati sumus. vid: Bagliv: l. c. p 658.

Neque v alia ratione et tempore juvant, ubi motus solidorum et fluidorum deficiunt, motus arteriarum languidi sunt et vis quasi naturæ fracta, dum penetranti illo, quo prædita stimulo universi corporis tubulos nervoso musculares ipsasq arterias de novo animant easq ad vividiorem contractionem et systolen irritant. Qua de causa ab eorum applicatione pulsus ante depressi sese attollunt, parvi majores fiunt. Ex quo apparet, non sine cura et cautione in pulsu forti et celeri vesicantia applicanda ẽẽ, nisi dolores febres, inflammationes accendere et phrenitidem accersere velimus. vid: Fr. Hoffm: Med. System: Tom. II. p 287. —

De Vesicatoriis legi in meritus Nenteri Diss: de Vesicatoriorum usu quæ extat in Tom. I. Diss: Var: Sir: 16.

DE FEBRIBUS MESENTERICIS.

Per Mesenterium non solum illam quae tenuia intestina connectit et colligat Mesaraeum Anatomicis dictam partē, sed et eam, quae crassis et magine colo adhaerescit, et mesocolon audit intelligimus. vid. Fr. Hoffm. Diss: de febr. Mesent. 1728. habitam, p. 6.

Mesaraeum jejuno et ileo intestino est connexum, ex triplici membrana, superiori scilicet, inferiori et media cellulosa seu adiposa, quae pinguedinis sustentaculū, conflatum. Super medium tam arteriosa quam venosa vasa nec non nervorum surculi discurrunt innumeraque quoque in ipsa glandulae consistunt. Superior vero et inferior lamella magis vasa quae lympham et Chylum vehunt habet. Tota haec compages pendula in abdomine haeret, et tam per robustam, peritonaei membranam firmiter prima lumborum vertebrae concreta quam per insigni conspicuum ramum ex arteria aorta, Arteriae Mesaraicae nomine notum, nec non nervorum plexum ex pari octavo, inter costali et lumborum vertebris prodeuntib. conflatum, alligata est atque appensa. Vena a dextro Venae Portae est ramo sinistro ad pancreas et lienem abeunte. vid. Fr. Hoffm. Diss: de febr. Mesenter: 1728. habit: p. 6.

Mesocolon crassa comitatur intestina longeque alium ac Mesaraeum servat tractum, cum ipso Colo communem. Incipit scil: in Costa ilii dextri lateris et cum colo ascendit ad dextrū renem et inferiorem Hepatis partem, postea ad Omentum convertitur, sub quo infra ventriculum pergit ad sinistrum latus ubi sub diaphragmate circa lienem conspicuum, colo sursum prius ac deorsum iterum in anguli figuram reflexo, efformat flexurā, inde ad renem sinistrum porrigitur, ac demum Musculū psoas, et os sacrū, incurvato ad formam literae S tractu, transcendens, ad pelvim peritonaeo adhaerescens tendit. Vasa lactea obtinet perpauca glandulas h. paucas ac minores habet, et ex mesenterico medio et inferiori nervorum ramos exiguos sortitur surculos, per peritonaeum ad mesocolon et tunicas Coli serpentes. vid. Fr. Hoffm. Diss: alleg: p. 7.

Vasa lactea peculiarem per Mesenterium cursum servant, describitur prolixe a D. Saltzmanno in Diss: de Nova Encheiresi ductum Thoracicum inveniendi vid: Diss: Nov: Tom: 1. ———

De Febribus Mesentericis.

In Historia Mesenterii non prætereundum, quod cumprimis medico servit usui, meseræum nimirum et mesocolon tam copiosis et amplis arteriosis ac venosis vasis esse dotatum, ut largam sanguinis copiam recipere et custodire queat. Jam vero tam uber sanguinis affluxus nec ad calorem, nec ad nutritionem mesenterii æque ac intestinorum, in quibus tenuibus ramificationibus canales terminantur necessarius est, in sapientissime autem fabrefacta corporis humani machina nihil frustra factum, ideoque cui usui hoc destinatum merito indagandum. Nostra igitur sic fert sententia. Exundans sanguinis copia graves corpori struit insidias et mole sua quam facile vitales motus, viscera nobiliora infarciendo interturbat, hinc tam multi et magni in mesenterii minus exquisiti sensus visceræ conformati canales, qui exuberantem cruorem non modo suscipere, sed et sine illa, quæ ex ipsius congestione et stagnatione in reliquis visceribus redundat noxa, aliquandiu asservare possunt, ne sanitas cum Vita periclitetur. vid. Frid. Hoffm. Diss. de febribus Mesentericis. 1728. hab. p. 9.

Dispescuntur febres mesentericæ commode in acutas et chronicas. Illæ ubi fere semper ab inflammatione et stasi sanguinis in tenuissimis partium exquisitiori sensu pollentium vasculis natales ducunt, ita hæ ut plurimum a stagnatione vel in effusione et corruptione, humoris copiosi, præsertim serosi in canalibus vel extra eos, ortum debent. vid. Fr. Hoffm. Diss. alleg: p. 11.

Quæ inflammatoriæ febres, acutæ et continuæ sunt, interno ardore, dolore præternaturali æstu, virium prostratione anxietate et inquietudine sese produnt, ac non tam in ipso Mesenterio, quam potius in intestinorum tunicis musculoso-nerveis, vel in peritonæi membrana cui crassa adhærent, consistunt. vid. Diss. Hoffm alleg. p. 11 seq.

Dantur vero aliæ adhuc febres complicatæ indolis, quæ ex continua adeoque quotidiana, ac intermittente tertiana sunt compositæ, et cognoscuntur ex pulsus frequentia, præternaturali æstu et virium, nec non somni et appetentiæ defectu, ita tamen, ut hæc pathemata alternis diebus, præcedente levi horrore et partium externarum refrigeratione, ingravescant et exacerbentur, Veteres semitertianam seu ~~hemit~~ Hemitritæum vocarunt. vid. Frid. Hoffm. Diss alleg:

Quomodo Hemitritæus ab aliis febribus distinguatur docet Fr. Hoffm. in Tom. III. Med: System: p. 32 seq.

De Febribus Mesentericis.

Sicut in omni inflamatione, ita hic in ea quae mesentericis in febribus praesto est, apprime conducunt diluentia, humectantia et diaphoretica leniterque nitrosa, quippe quae eidem validissime resistunt, nimiumque ardorem ac sitim extinguunt. Ad promovendum vero magnum illud in his morbis alvi beneficium, praeter Clysteres ex floribus parat. gorricis et emollientibus ac seminibus car. minativis et sapone Veneto paratos cast: tutissima, quae Mannam, Rhabarb: passul: min: adjecta portione Tri medii hic tempati, uti et terra fol. Tri, aut Tr. Tart: habent et ex sero lactis dulci leniter decocta sunt, modo ventriculus ferre possit. Haec enim clementer et sine sanguinis commotione primas vias à sordibus vitiosis depleant. Conducunt tamen hic egregie temperatae ejusmodi balsamicae Pilulae quae secundum Beccheri exemplar praeparantur. vid: Frid: Hoffm. Diss. all. p. 24.

Ad obstructionem ab amurca tenaci crassiori tunicae villosae intestinalis removendam, vel hic ad glandulas Mesentericas farctas et obstructas expediendas solus liquor Tri per deliquium paratur vel is cum liquore Tartari mixtus adjecto tantillo Extract: Croc: et aliquot granis Extr: Card: ben: parva sed repetita dosi, per aliquot hebdomades usurpatus miram promittit opem et efficaciam. vid. Diss. Hoff. all. p. 25 seqq.

ad aestum in febribus temperandum, et acrimoniam humorum, quae dolorem accendit obtundendam, diluentia, ut serum lactis, vel ptisanae, cum Ras: CC. Scorzon: Passul: rad: Cichor: et sem foenic: confecta Emulsiones ex amygdalis, vel solo sem: Cucurbitae paratae cum Aquis flor: Tili: primul: ver: acac: cers: n: omnibus aliis virtute praestant: vid: Diss: all: p. 25.

Si lenta febris adest jam laudata conducunt usque hic ad consolidationem exulceratarum partium promovendam officina fit: Decocta ℞. Veronic: Scab: sonchi, marrub: alb. flor: bellid: Hyperic: fumit: millefol. sive ex aqua sive sero lactis, decocto CC. aut jusculo carnis, frequentius usurpata. Aquae medicatae temperatae quoque conducunt vid. Diss: all. p. 26.

Casus de Morbis Mesenterii.

Miles quidam, facie livida, corpore macilento et languido, pulsum tamen celerem cum quadam duritie exhibens conquerebatur graviter de Alvi fluxu per 3 continuos menses ipsum adeo detinente, ut quotidie octies vel decies desidere cogeretur, secedentibus nonunquam ut naturaliter fieri solet excrementis, nonunquam vero saniosa, nonunquam sanguinolenta materia, sine scybalis, appetentia ciborum simul imminuta, faucibusque aridis. Inquirenti in tam chronici mali causam respondit se graviter aliquando in sinistro dorsi et thoracis latere verberibus esse percussum

ut locus sugillatus comparuerit et dolor successerit immensus, præterlapsis autem aliquot diebus, doluisse hypochondrium sinistrum ibique supra os ilei protuberasse tumorem aliquot hebdomades subsistentem, donec obortis in ventre torminibus, alvus sponte fuerit soluta, multaque saniosa fœtida materia atro in sanguine tincta copiosis secesserint dejectionibus. Ex eo quidem tumorem subsedisse et dolorem quoque evanuisse sed diarrhœam persistisse et adhuc ipsum mirum exercere ac vires absumere. Dimissus igitur e consilio, ut serum lactis dulce nostra methodo paratum quotidie ad mensuram nec non infusum ex Scabios. Veron: sanic: menth: melis: millefol: flor: Hyper: et papav: errat: frequentius potaret, quibus in effectum datis, ut post aliquot hebdomadum decursum rediens gratus profiteretur, parciores longe esse dejectiones corpus vegetius meliora omnia, nec de perfecta sanitate impetranda dubium. vid. Diss. all. p. 26 seq.

Alter simili fere morbo laborans erat rusticola, habitior et quadratus. Pronus hic in truncum cum ventre ceciderat acuminatum, et ex eo exquisitum in abdomine, paullo supra umbilicum persenserat dolorem, cum animi deliquio, accensa simul, præcedente horripilatione et refrigeratione febre. Post aliquot dies sanguinolentam et saniosam per superius et inferius os ejecit materiam multam, eoque facto, siluit febris remansit tamen languor et appetentia prostratus. Cumque elapsis 14 diebus, domesticis laboribus manum admovere inciperet, denuo recruduit abdominis dolor, animi defectione, horrore et febre stipatus cum extremorum frigido sudore, ut animam agere videretur. Sequuta per diarrhœa cruenta et saniosa per aliquot dies symptomata iterum mitiora facta ac remiserunt, sed vix septem dierum fuerunt induciæ, quibus circumactis priore repetierunt pathemata cum febre, obortoque alvi fluxu, conquieverunt rursus, implorantum igitur D. Hoffm. auxilium qui crebriorem decocti avenacei usum cum humana vel canina axungia butyro potabili rubro et Balsamo Locatelli suasit ac demum decocto Herb: Vulner: Alchymill: agrimon: sanic: pyrol: fragar: Veronic: flor: bellid. Hyper: aliarumque ex cerevisia ægrum hunc ad sanitatem fortunante Deo, traducit. vid. Frid. Hoffm: Diss. de Febr: Mesenteric: p. 27. seq.

DE PODAGRA.

Podagra dolorosus articulorum morbus illos præ ceteris invadit senes, qui postq[ue] meliores vitæ annos mollius ac delicatius transegerint, otio, crapulis, veneri, vino, aliisq[ue] generosis liquoribus uberius indulserint, ingravescente jam ætate ab exercitiis desuescunt, et vitam omnino otiosam degunt. vid. Baglivi Prax Med. lib. II. cap VI. p.m. 186.

1

Longe ante paroxysmum sentiuntur leviores dolores inter scapulas, circa nucham et spinam dorsi, circa lumbos, os sacrum, coxas, donec sensim tandem in partibus inferioribus sedem figat. Paroxysmus autem ita procedere solet.

Paucis diebus ante illius insultum, torpor quidam et veluti flatuum descensus per femorem carnes cum affectione quasi spasmodica præcedunt. Imo nonnunquam etiam pectoris angustia, et asthma humidum. Pridie paroxysmum appetitus voracior est, sed præter naturaliter, licet sanus lecto se commiserit patiens circa mediam tamen noctem excitatur à dolore pollicem pedis utplurimum quandoque vero calcaneum, suram, aut talum occupante, paullo post rigor, horror et aliqualis veluti febricitatio superveniunt, quæ omnia sensim remittunt, dolor vero gradatim crescit, donec ad summam vehementiam circa solis exortum pervenerit, et ossicula tarsi ac metatarsi varie occupaverit, cum sensu veluti canis rodentis, aliquando pressuræ, et coarctationis quandoque vero veluti dilacerationis ligamentorum. vid Histor. Vratisl. MDCXCIX. p 136.

Comitatur podagram etiam rubor et tumor, quamvis aliquando reperias podagricos, in quibus nullum tumoris vestigium cernitur, et hi atrocioribus dolorum facibus uruntur. Sitis, præcordiorum anxietas, fatigatio, ciborum nausea, flatulentia, dolores lumbares sunt quasi ordinaria podagricorum symptomata. Quando autem dolores recrescunt in oculos incipit incurrere spasmodica musculorum compressio et strictura, ac sicuti

antea de dolore, ita modo de ten-
sione, stupore et rigore conquerunt.
Urina podagricorum, prioribus septima-
nis, rubicundior e et sedimentum
rubrum ac veluti arenosum de-
ponit. Tumor qui circa finem
erumpit ac tardius dissolvitur
spem facit, fore ut aegri per
longius intervallum a crucia-
tibus podagricis vivant immunes
vid. Hist. Vratislav: MDCXCIX. p. 126.

De affectu arthritico cum peculi-
ari manuum callositate vid:
Fr: Hoffm: Medic: Consult: Tom. 2.
p. 114:

De Arthriticis doloribus cum Consilio
praeservatorio vid: Fr: Hoffm: Med:
Consultat: Tom: 2. p. 152.

De malo Arthritico scorbutico
vid. ejusd. Hoffm: Med: Consult:
Tom 4. p. 40.

De affectu arthritico vago saepius
recrudescente vid: Hoffm: Med:
Consult: Tom. 7. p. 207.

Liquor antispasmodico diaphoreticus: S.

Antipodagricus qui instanti contamenti dolores mitigat.

℞: ... Ʒij
Extr: Castor: Ʒij
Succin: Ʒß
Croc: ...
Opii āā Ʒj.

Misc: optime solv: leni calore,
Hic liquor: in paroxysmo podagræ
exhibetur: interne ad gtt. 40. 60.
externe in parti affecta inungitur
et dolorem vel in momento tollit.
vid: friedrich Hoffmanns Untersuch
... Man g. etc: 7ter Theil:
Untersuch: IV/p. 269. Externe li...
applicatur aliquid camphoræ ipsi
admisceri potest.

Dum ad curam convertimur, propemodum cum Podagrico apud Lucianum in Trago-podagr: p. 807 Tom. 2 exclamamus: Incomprehensum o! mentibus mortaliū malum irritis Te, ut mitigamus fotibus omnes. Sane verissima sunt, quæ ipsa de se podagra jactat. in eodem dialogo p 813. Quod sit insuperabilis Regina morborum, quam nec ipse Pæon omnium coelestium medicus Deorum vincere pharmacis potest, nec phœbi doctus filius Æsculapius. Equidem ex quo mortalium fuit genus, omnes ejus vires retundere gestiunt, omnemque turbant pharmacorum industriam sed vere podagra illos omnes jubet plorare, atque sic tentantibus se occurrere iracundior solet, sed in se excogitantibus nihil mitem ac benignam præstat se; Nam in tanta, nescio quæ arcana jactantium turba nunquam desunt, qui iterum cum Podagra apud Lucianum absoluto dolorum exercitio, baculi opem implorant.

O.

O.! qui labori, bacule, fers opem meo
Sortite partem tertii pedis gradum
Fulci, trementem dirige, ut nobis iter
Leviaque ~~vestio~~ ut imitar solo. vestigia.

In paroxysmo exhibuimus horis matutinis lenia diapnoica, eaque cum nervinis decite miscuimus. Pomeridiano tempore apientibus instituimus ac sub noctem pulvere. Dosos ac cinabarinos exhibuimus vid. Hist. Vratisl: MDCXCIX p 137.

Egregium seū antipodagricum describit Hoffm: in Observ: Phys. Chym: sel: lib. II. Obser. XXXI p. 250.

De Asthmate et Tussi.

Asthma est difficilis respiratio, cum sono, sibilo aut roncho, successive mira dens et chronice aegros afficiens a Materia serosa, mucida aut salsa in pulmonibus haerente, oborta, vid: hac accurata asthmatis definitio quod ~~[illegible]~~ Coschwitz Patholog: p. 308.

Asthma distinguitur in humidum et siccum.

In humido copiosa materia sive mucida, sive purulenta, sive tartarea viscida aut ipse sanguis in pulmonum substantia eorumque vasis haeret. vid: Fr. Hoffm. Diss: de ~~atonia~~ morbis ex atonia viscerum originem habentibus c. VIII. p. 31.

In asthmate humido sonus ronchi atque stertoris auditur. vid Coschwitz.

In Asthmate sicco contractae sunt membranae nervosae pulmonum et vasorum bronchialium sive id fiat ex spasmo et convulsione sive ex fumo constringente sicco, vel carbonum fossilium vel Saturni vel calcis aut halitibus venenosis metallicis, sive oriatur ab sordibus acribus corrosivis nervos occupantibus ob morbillorum podagrae etc: retropulsione vid Fr. Hoffm. Diss. alle. p. 31.

In asthmate sicco ronchus et stertor deficit et loco illius sonus acutus cum sibilo vocis clangosa praesto est vid Coschwitz l.a. p. 309.

De asthmate ejus causis et signis cum cura legi meretur Joh: Mauritius Hoffmannus in Not ad Praxin Chymiatricam Hartmanni Lib. II p. 330 seqq:

Distinguitur in asthma in convulsivum, est tali Asthma affectus spasticus constrictorius thoracis acutus, respirationem supprimens, et suffocationem minitans a sanguine circa pectus restagnante vel congesto ortum ducens vid. Coschwitz Pathol. p. 390.

Differt. Asthma convulsivum a sicco et humido. 1mo ratione materiae quae in his serosa in convulsivo vero sanguinea. 2. ratione invasionis. Convulsivum n. est ~~[illegible]~~ acutum, alterum chronicum. 3. ratione durationis convulsivum n. non tam diu durat ac reliqua. vid: Coschwitz Pathol: p. 391.

Historiam Asthmatis periodici gravissimi vid: apud Vratislavienses in Histor: Morb. 1699. p. 18 seqq:

Asthmatis humidi Historiam cum Consilio et Cura tradit Frid. Hoffman. in Medic: Consultator: Tom VI. Dec. III. Cas. VIII. p. 217. seqq:

Asthmatis spasmodico convulsivi mentionem facit et salutare consilium suppeditat Fridr: Hoffman: in Medicin Consult. Tom. VI. Dec: II. Cas. VI. p. 130. seqq:

Asthma stomachale flatulentu describit Fr: Hoffm: Med. Cons: Tom V. Dec. I. Cas. VII. p 56.

Asthmatis stomachalis nulla sunt certiora signa, quam quod ab assumptis alimentis paroxysmi recrudescant, et humoribus vitiosis per vomitum rejectis sedentur ac compescantur vid Hist. Morbor: Vratislaviens: A.o 1700. p. 228. seq.

Curatio Asthmatis alia est in paroxysmo alia extra paroxysm: In paroxysmo si ex vitio sanguinis provenit vena incidenda et sessio sub situ erecto item alvi ductio per clysterem commendanda. Seq. potio utilis est.

℞. aq: Hysop:
~~Foenicul.~~
Tragoni ana ℥ij
Spir ... c. anis:
CC succin ana ʒß
Essent glycyrrh. ℈ij
syr: violar: ʒß.

M. d. ad vitr.

Vomitorium lenius in quovis asthmate non contemnendum est. v. gr.

℞. ... emet: gr j ß
Nitr: purif. gr viij
aq: anis: ʒß
M, d. ad vitr ... ...

Extra paroxysm: si cachexia mali causam attulit, anticachectica, et ... amara et praecip. pilul. polychr: conducunt vid. Fr. Hoffm: Diss: de Morb ... aton. visc. p. 22.

In asthmate humorali mire laudatur seq. mixtur.

℞ Gum amoniac: ℨiß
Vini Rhenan. ℥iv
aq. Hysop. ℥ij
M. ut decl. sup Δem carbonū et exhibeatur ℥ß 2 dosibs. vid Joh. Maurit. Hoffm. Not. in Prag. Chymiatr. Hartm. Lib. II. p: 332.

Asthma senum unde originem trahat et quæ remedia in isto pro[...] ficua sint atq. con[...]ant docent Vratislavie[...] Histor: Ann 1702 [...]

De tussi [...] multa præclara [...] prognosin [...] et remedi[...] Ettner in Com[...] p. 279 et seq.

In asthmate quod est ex degressa materia [...] ad pulmones omnia pectoralia evacuantia [...] nocent. [...]odigiosam operam ferant liquor [...] Hoffm: aut Bursi ut et Ens Bezoard: vid. Diss. Fr. Hoffm: de mot. æ atom. usi at p. 32.

De asthmate spasmodico cum tumore testis sinistri agit Fr. Hoffm. et Consilium quid in hoc casu sit faciendum tradit vid ejus. Med. Consultat: Tom. V. Dec. II. Cas. I. p. 82. seq:

In asthmate humido et cachectico media et loco potus ordinarii sumptū decoctum lignorum diluens. ex.
Lign: Guajac:
Sassafr:
Rad Chin
glycyrrhiz:
Enul:
pass: min ā ℥ß.
confectum optimo auxilio ē vid Fr. Hoffm: Diss de aton. usu p. 32.

Si mucus in pulmonibus resideat, vel pus evacuandum ē, syrupus Nico[...]ianæ præparatus per diuturnam coctionem cum vino Malvatico vel Hispanico sumptus it. Gumi amoniac[...] e vino Hispanico [...] potentissime resolvunt [...] pectorant: vid. Diss Fr. Hoffm. [...] 32.

[...] in asthmate [...] opti[...] [...] eadem Hoffm. l. c.

[...]

DE ASTHMATE.

De asthmate nonnulla habent Med: Berolinenses in Act: Vol: VI. p. 29. seq: ut et. Vol. IV. p. 48. seq: Vol. II. p. 78.

De asthmate Humido legi meretur quod Xenter: in fundam: Medi: Theo. Pract: habet. p. III. p. 45. seqq:

De Scillæ in substantia datæ præstantissimo usu in asthmate vid: Tit. h. lit: Scill:

Inter ea quae leniter sine magna turba ac laesione alvum movent et hinc veteribus benedicta vocantur sunt. Cassia. Tamarindi, Manna Rhabarbarum, Aloes. Ubi acrimonia primas vias obsidet, ut et in tussi rheumatismo nec non arthriticis passionibus et: melancholicis et hypoch. affectibus cum fructu adhibetur tale decoctum.

℞. Man. el. ℥iij. vel. iv.
Cass. ℥iß. vel ℥ij
solv: in decocti Hordei vel CC. non simul et semel sed successive exhibendum est, interposito decoct Hord: vid. Fr. Hoffm. Diss. Physic. Med: Dec. II Diss viij p. 379.
addi possunt: ⊖. vel ♃ solub. vel aqua Cortic. Cit. vel ejus essent.

Tamarindi Commodissime dantur cum decocto CC. Man et syr. acetos. Citr: vid Fr. Hoff: Diss. l. c p. 380. formula posset esse sq.

℞. Tamarind: ℥ij
Man: el: ℥iß vel ℥ij
coq. et solv: in decoc CC. ℥viij. ℥ix.
add. syr. acetos. Citr. ℥ß.

De Scilla Marina.

Mirabilis Scillæ in substantia data efficacia in affectibus serosis, Hydropicis, asthmaticis et leucophlegmaticis, qua non solum lympham serumq stagnans vel extra alveos suos constitutum aut viscidum ob sal acre suum solvit et discutit atq per convenientia naturæ organa excretoria alvum nimirum et urinam eliminat sed et anodynam simul virtutem exserit, à Koehlero satis depredicari nequit, vid Comerc: Litt: Noric: 1740. Heb: 1. et 2: p. 9. seq: proponitur ab ipso seq in modo.

℞ Rad. Vincetox: ℈i ʒj
Scill: gr iv.
Nitr: purif. gr viij
M. f. pulv. f. dosi.

vid: Comerc. Litter: Noric. 1740. Heb. j. p. 13. laudatur In p. 10: Com: Litter: mixta Scilla cum ♁ Caustico Quercet: et Croc ♂ Sat Schul: in Cachexia:

De Scillæ præstanti efficacia in tumoribus pedum œdematosis, asthmate Cachexia legi merentur Observationes Clinicæ Wagneri vid: Comerc: Litt: 1737 Heb: 5: p. 36. seq:

Scillæ examen Chymicum in Dissertatione inaugurali Medica à Celeber. Schulzio in Academia Hallensi tradita et conscripta fuit. Extractus hujus Dissertationis legitur in Litter. Comerc. Norimberg: 1740. pag. 84.

282.

RADIX IPECACOANHÆ.

Non tutius excogitari posse emeticum ipsa ipecacuanha radice existimamus. Haec n. moderatiore dosi vel sola vel cum salibus data, praeterquam quod admodum celeriter operationem exserat, sine ullo detrimento, vel virium lapsu aut gravi spasmo vel convulsione foras, quod in ventriculi et duodeni fundo versatur, ejicit. Videtur quoque haec radix singulari roborandi virtute instructa, unde virium ferme nullus fit a vomitu collapsus, quod ab antimoniatis non potest expectari. vid: Frid Hoffm: Diss: Physic: Med: Dec: II: Diss: VII. p. 306.

Exhibetur optime a ℈i ad ʒß et ultra in robustioribus cum pauxillo Olei in jusculo calido, expedite vomitum et intra breviorem movet et celerius ipso tart. emetic. ad operationem venit. vid Fr. Hoffm. Diss. Phys. Med. Dec. II Diss. VIII. p. 375.

De Emetico improvide dato cum subsequuta morte vid Cas. V. Dec. III Fr. Hoffm. Med. Consultat: Tom IV. p 102 seq. una cum Responso facultatis

DE HELLEBORO ALBO.

Crato in epistol: med. l. 2. p. 227 scribit, si lingua hellebori albi succus degustetur, nulli noxius est, sanguini si communicatus est exitiosus, nam si quis acu sectim eo succo infecta, punctim lædatur, et ~~[illegible]~~ exiguum vulnus accipiat paucis horis post extinguitur. vid: Frid: Hoffm: Diss: Physic: Med: Dec. II. Diss. VII: p. 298.

Permagna res est, Hispanos succo Hellebori albi sagittas inficere et ita Cervos occidere vid: Frid Hoffm: Diss: Phys: Med. Dec. II. Diss. VII p. 297. in fine.

De virulenta Hellebori albi indole legi meretur Wepferi Tr. de Cicut. aquat: c. XIV. p. 219

Mars duplici substantia compositus est, altera subtiliore et [illegible] altera crassiore et terrestri. Illa roborantis et desideratissimae est virtutis, Haec vero rudior cum acido juncta valde adstringens et styptica est. vid: Frid: Hoffman: Dissertat: physico. Medic: Diss: VII: p.344 docet ibidem quomodo ex martis solutione cum dacte vel succo cydonior: laudatissima # possint medicament. parari p 351 praeparat Tinctura flor [illegible] martialium mediante [illegible] Cortic. Auranti extracti.

De Opiatis et Antidotis.

Quomodo Opium corrigendum ut tuto interne usurpari possit docet Hoffman: in Not: ad Poterium p 669. ubi Laudani Opiati descriptionem tradit, ut et Theriacæ Cœlestis contractiorem ~~[illegible]~~tionem.

De Æthiopis Mineralis Virtutibus et usu.

Æthiopis mineralis paratio optima est, quam tradidit Harris. in Tr: de Morb: acut infant: et sequ. ē.

℞. Hydrarg: ℥j. v. Flor: ♃. ℥iij agitentur in mortario vitreo, donec omnes globuli tales penitus evanescāt et massa redigatur in pulverē fuscum tenuissimum, qui paullulū asservatus magis nigrescit. vid: Tr: supr. nomin. p. 136.

Æthiops mineralis usus eximius ē in Atrophia verminosa, ut id Gualter Harris Observ: p. 14 de morb. acut inf: docuit: dum puerulo. 13 añorū singu: dieb. gr. XX. ad ℈β interm. mixtis purgantib. exhibuit qui hoc modo convaluit vid: p. 135.

Æthiopis mineral: usum in Rachitide non satis dilaudari potē Ross: Lent: composuit ē pulverē antatrophon q ingreditur primario æth: miner: hujus pulv: descriptionē vid: sub Tit: Atrophia. p: hujus libri 185.

de Efficacia Æthiopis mineralis in glandularum Colli maxillarum parotidumq. tumore inveterato et fistula pone aurem sanda legi meretur: Observatio D. Schulze quæ Actis physico-Medicis Acad: Cæsar: Leopold. Carolinæ Naturæ Curiosor: inserta ē, Observ: 222. p. 496. sequ: tradit ibidem insimul modū exhibendi et quid amplius durante ejus usu sit observandū.

Strumæ curam seqq. modo adgress. E Ros. Lentil: in fil: 6. añorū. dedit misp et comendavit seqq. [illegible]

℞: specific: antatroph: ʒij
Æthiop: mineral: ʒj
arcan dupl: ℈ß.
M. sum: man et vesp: cap. 2. cultr:
Externe imponatur: seq. Empl:

℞. Empl: diaph: Myns: ʒj
Ol: Buf. ʒß. liquentur.
add: Cinabr. nativ. subtilis. ℥. q. s.
ad novam emplastri consistentiā.
sumsit simul: infusum rutæ
muraria instar Thee. vid: Ejusd:
Lentili Eteodrom: p. 123.

Dn: Schulze ad colli, maxillarū parotidumq. tumores inveteratos debellandos seqq. sumsit et finem suum optatum iisdē obtinuit:

℞. Æth. mineral: ʒß.
Pulv: Cinam. acut.
[illegible] canar: ā ʒj
Ol. Cinam: gtt jv.
Mis: div: in. 16. p. aeq:
ante usū hujus [illegible] exhibuit dosin pilular. lagant: postea p 3 dies tres consumenq. [illegible] die 4. nil medicamentorū capiat æger. postea iterū pilulas sumat, et porro ex dosi et sequ. vid. act: Physico Medic: Nat. Curios. p. 496.

De Scrophulis legi meretur Wepffer Observatio: ubi simul curam subnectit. vid: Obs: ejus Medic: Practicas de Affectibus Capitis Obs. 220. ut et 222. p. m. 980.

Nonnulla de Strumis habet Frid: Hoffm: in añotationibus ad Poterium p. 171. refert ibidem ex Platero Historiam Nobilis adolescentis Austriaci à Scrophulis extincti in quo post mortem dissecto, per longitudinem Colli, tribus in locis, trium digitorum profunditate, anteq. musculi conspicerentur, latera vulnerum, sicuti porcis in dorso apertis lardum spissum, sic et hic alba spissa et crassa apparuerunt

Scrophulosi post mortem dissecti, plerumq. in interioribus partibus max. in mesenterio induratas glandulas et strumas habuerant vid: Frid: Hoff: Not: in Poter: p 171. seqq:

Wieder diese Seuche mag nachgelesen
werden. Joh. Bohlij Medicinam
Practicam Clinicam et Forensem
edita à Samuele Schaarschmidio:
p 615.

Poudre pour oter les loupes.

Prenez une once de gome arabique que vous firez infuser dans deux grands verres de l'eau de plantin l'espace de 24 heures, ensuite vous prandrez demi once de ver de gris demi once pierre infernale demi once de cantarides que vous firez bien desecher sur une pelle au feu, plus une dragme d'opium en larmes, pulverisé bien le tout, et le petrisses et battez dans un mortier de ~~fonte~~ fer avec l'eau de plantin et la gome, quand le tout sera bien melé vous exposeres la pate a l'ardeur du soleil et le tournerez souvent lorsque il sera bien sec vous la pulverisrez bien et l'etenderez sur une feuille de gros papier que vous aurez ~~for~~ trempé dans de l'eau gomé et vous epencherez de la poudre dessus, lorsque le papier sera sec vous en couperez des emplatres de la grandeur de la loupe et vous le laisserez dessus 3 jours, apres quoi en otant l'emplatre vous verrez que la loupe tombera le peus l'ayant creuse par dessous quand la loupe sera dehors vous penserez la playe come on pense toutes les autres.

Cette description m'a doné un gentil home de Bourg en Bresse, etant en voyage avec lui de Lion jusque à Niort, pellier et en faisoit un secret et me la comuniqa par une faveur particuliere qu'elle avoit vers moi. —

Ni.- 1726. J. 8 Janvier.

Mr. Helvetius laudat mirum in modum radicem pareiram bravam eamq maxime comendavit Dn. Duyvenvoorde qui etoit Ambassadeur Extraordinaire des Etats Generaux des Provinces unies. vid: Bibliotheque Angloise Tom. 1. partie 1. p. 126. et seqq.

Idem Helvetius praeparare docet Balsamum summe diureticum e ~~pa~~ pa-reira brava vid: ejusdem Tract: des Maladies les plus frequentes et des Remedes specifiques pour les guerir. p. 113.

Ad partum facilitandū seq. Medica-mento utitur Ros. Lentilij.

℞ Cinamom: acerrim:
ossi: Dactylor:
Borrac: Venet: ā ℈j
M. si validius debet ēē, adde
trochisc: myrrh: ℈j
datur in vino.

Ad fœtum mortuum, secundinas molam ejiciendā mirabile ē medicamentum in [illegible] secundin: primipar: ad ʒj cum vino; sif hoc nonsit ad manus detur in decocto Sabinæ Buglossæ [illegible] ā ʒj et troch. de Myrrh: ad ʒß. et semper Cinamom aliq: seu aqua seu ol: sive [illegible] cinamom: vid. Ros: Lentil: Miscell: Medico Practica: p. III p. 245.

Mulier media ætatis, diu laboriosa graviditate afflicta tandē exclusit acervū vesicularū sedecim librarū pondere vid: Act: N. C: Vol. I. p 362 seqq:

Sequentem [illegible] Wedelij sæpe cum successu propinavit.

℞. Borac: Ven: [illegible] ʒj
Croc. gr. vj
ol. Cinamom. gtt. ij
M. f. 2 dosib., intra bihorium propinandis. cum Vino. vel aqua Cinamom: puleg. vid: Wedelii Amœnitat: Mat: Med: lib. II sect. II cap. XI. p. 408.

Pulverem secretum sine pari
Ad partum difficilem vid infr.
p. 307.

De Inspectione Cadaverum Necessaria.

Cadaveris inspectio absolute est necessaria, quando homo aspectu sanus, ita ab altero læditur, aut vulneratur, ut paullo post, vel intra horæ spatium è vita discedat vid: Fr. Hoffm: Diss. de Læsionibus externis abortivis, Veneris ac philtris p. 6. seqq.

Læsio lethalis dicitur ea, quæ vitam omnibus semper et necessario adimit, cujuscunque ætatis, temperamenti, sexus et corporis constitutionis ac roboris sint, licet etiam optima quævis tempestiva adhibeantur præsidia vid. Fr. Hoffm. Diss: de Læsionibus extern. etc: p. 8. aliquæ ibidem exempla:

Pilulæ ad Dystociam
Celeberrimi Mauritii: Hoffmani:

℞ Theriac: Andromach. ℥iij
Cinamom.
Glycyrrhiz. ana ʒß.

f. c. aqua Cinamomi Pilulæ No. 120. quarum 10 pro dosi præbendæ. Beneficium earum id est, ut vagos dolores sedent et compescant, interquiescendi moram largiantur, tumque collectis naturæ viribus opus promoveant. vid: Commercii Litterar: Norimb: Semestr. prioris Hebd: 18. p. 139.

DE FORMATIONE VOCIS

Pour produire le son, il faut d'abord un air mû, avec une tres grande vitesse, puisque le son fait 180 toises en une seconde, ~~et~~ c'est à dire qu'il feroit en une heure plus de 283 lieües moyeñes de france, si les causes etrangeres lui permettoient de s'etendre si loin. Cela est d'experience vid: Hist: de l'acad: royal de Sciences 1700. p.17. seqq.

La diversité des vibrations, modifie le son et fait les tons differens. Un plus grand nombre des vibrations faites en meme temps produit un ton plus aigu.

CACHOREUM.

In denen Breßlauischen Sammlung
und folgends gelesen, daß [illegible]
Gebrauch in forma infusi quotidie
ad tempus, absque alio adstricto,
excepto interposito vesicante
ein übles Ulcus serosum in Tibia
dextra eines Schulers, damit
er sich lange geplaget und der
auf den Gebrauch vieler externorum
daraus nicht weichen wollen,
von grund aus vollkommen
curirt. [illegible] Natur: Phys:
Med: Mathematica: 4. Quartal.
1729. Mens: Novemb: Class IV.
p. 725.

De Gonorrhoea.

de Gonorrhoea et et reliquis morbis venereis legi meretur Tractatus, quem maxima diligentia conscripsit Dominus Astruc Profess. Montispessulanus in quo universam omnium symptomatum quae in morbis venereis occurrere solent curam exactissime describit.

Decoctum in Gonorrhoea.

℞: Rad: Sarsaparill: elect ℥ß
rasur: lign: Guajac:
Sasafr: āā ℥j

Concis. et cont: d. s. Species zum tranck.

℞. Hb Veronic: Pyrol:
Card: b: trifol:
geran: robert: āā Mj

M. d. S. Kräuter zum ~~thée~~ tranck.

Von obigen Species wird die helfte mit 4 Maass wasser in einem neuen zugedeckten topff nebst 1 Loth von denen Kräutern 2 gute stund gekocht, davon trinckt der patient dess Morgens in bette warm ein oder ohngefehr ein Nössel und schwitzt darauff gelinde im bette. Dass von denen Species zurück bleibt darauff giesst er wider 4 Maass wasser und kocht ob. eine stunde thut auch 2 händ voll Semina Cosmum dazu davon trinckt er statt des ordinair tranck. Dess Abends 2 stund vor schlaffen gehen nimbt er nur ℈j von folgenden bluth reinigenden pulver mit etwas schwartz Kirschen wasser.

℞. lap: Cancr: oss: sep:
Pulv: glycyrrh:
Sem. Lycopodi:
Succini ~~pp~~t:
Ɵii diaphor: āā ℥ß
Ol: purific: ℈iß

M. f. ~~℞~~. d. S. bluthreinigend pulver zum auf jedesmahl.

vid. Frid: Hoffm: Med: Consult Tom. III. p. 105.

DE CINNABARI ANTIMONII.

Si in majori copia Cinabarim ☉ impetrare cupis plus de ☿ii q ♁ii ad præparationem sumere debes. v. gr. juxta Hffm:

℞: Mercur: sublimi: p. 3. c. gr. ℥xij
Antimon: opt: p. 2. c. gr. ℥iv.

Omnia singulatim prius bene pulverisata in lapideo mortario exactissime misceantur. suscitatur in ijs ignis conflictus (qui dependet à salibus in ♁ii particulas agentibus) cum æstuante calore (si præpr: parum aquæ adspergatur) et fumorum venenatorum (a quibus sedulo cavendum) ingenti copia in aera exspatiantium; Hoc autem probe observandum, si Cinabarin magis præ butyro desideramus, ne mixturam humectemus, vel in cellam humidam illam ponamus, sed statim post mixtionem ad præparationem confugiamus. Mixtura itaque ♁ii et ☿ii præfata, retortæ vitreæ indatur, inque arenam collocetur. De retorta autem hoc probe tenendum ut bene figurata sit, collo sat longo ac amplo adornata, ne forsan copia Cinabaris obstipato collo retorta disrumpatur totusque labor perditus eat. vid. Frid: Hffm. Diss. de Cinab. Antim. p. 31. seqq.

Retorta ita collocari debet, ut fundum capellæ pene tangat, vigens enim requiritur ignis impetus ad Cinabarim elevandam. ignis primo non adeo intensus sed paulo modificatus et mitis sit, auctus postea ut capella aliqua ex parte candescat prodit liquor albedine nitens, succedit demum butyrum maxime lympidum quod alio receptaculo excipiendum quod prius si bene lutari debet ne fumus malignus acido-volatis nobis noceat. serva ignis gradum et si liquor luteus à particulis sulphuris admixtis exoriatur, fortifica ignem, etsi nullæ amplius decidant guttulæ cumclaria convoluta foramen retortæ obtura, vehementiorique ignis gradu admoto inferiorem retortæ partem candefactam et materiam in illa liquidam (quam diffracta retorta observavimus) redde. utpote ad ☿ii evaporationem non levis ignis gradus requiritur. vid. Fr. Hffm. Diss: de Cinab: ♁: p. 32. 33. seqq. subjungit ibidem Cautelas in Cinabaris præp. necessarias.

Extractum Anodynum Egregium et Nobile

Hujus Extracti descriptionem ex comunicatione Excell. et Consultiss: Dn: de Welz qui eam à piæ memoriæ Parente suo celeberrimo et felicissimo quondam physico et Medico Lindaviensi accepit, possideo, sequentia sunt ipsa Welzii Medici verba.

℞ Extr: Op. simpl. ʒß
Ol caryophyll. gtt v.
Mosch: succo limon: et aqua rosar: ana dissol. gr. vij
Elect de Hyacynth. vel Alkerm: ʒß.
M. servetur usui.

Hoc Extractum in frigore statim induratur et vitri instar fragile evadit. Levi autem calore remollescit, ut perquam facile in pilulas cogi possit.

Extractum Opii simplex fit sequenti modo.

℞ Opii Crud: optim: ℥j
Secetur in frustula: et affundatur aquæ simplicis fontanæ quantum ad ejus dissolutionem satis esse videtur. Hinc liquor clarus faecibus grysseis in fundo relictis, decantetur, digestioni vel hyberno tempore pone fornacem exponendus, leviterque charta tegendus, donec consistentiam Extracti spissioris, ac ductulis obtinuerit. Basin Extracti Anodyni constituentis.

Pulvis secretus sine Pari ad Partum Difficilem.

℞ Extr: Anodyn: superioris ʒß redigatur in pulverem tenuissimum in mortario vitreo adde
Pulv: Ebor: fossil: ℈i
Bol: Armen: gr. iiij
M. f. Pulv: probe asservandus.

Sciendum autem, omnem hujus pulveris effectum soli extracto anodyno atque opio ipso deberi ceterosque Pulveres non nisi pro palliando secreto additos esse

Maximopere

Extractum Anodynum Egregium et Nobile.

Maximopere interim mirari subit, de virtute opii in partu difficili nihil usquam, quantū ego quidem sciam, tot retro seculis apud Authores reperiri: persuasissimum scil: habentes, omnem Opiatum vim, atq; Energiam circa solam sedationem Archæi atq; mitigationē dolorum occupari: adeoq; tantum abēē, utilitatis aliquid in partu difficili exinde sperare, ut potius si non exitio, certe indeclinabili nocumento, usus ejus parientib; sit futurus. Id quod et ego antehac constanter credidi. Cum autem observare contigisset, odontalgiam, Hemicraniam, aliosq; Capitis dolores, dato Laudano, non raro in momento exasperari, sumptâ conjecturâ, idem in parturientib; accidere posse, maxime, quod ex ~~Helmont~~ Helmontio didicerim, certoq; cognoverim. Stomachum clave uteri gerere. in Juliana quadā experimentum feci, intentioni atq; curiositati meæ accomodatū. Illi enim, cum altero jam die ex partu vitioso mortui Embryonis manus cum vasis umbilicalib; ex utero propendentib;, cunctisq; quæ indicationib; satisfacere videbantur, in cassum adhibitis, fessæ jam, atq; ultimum languenti, seu sopori quem summe expetebat, conciliando, seu dolorib; uteri postliminio revocandis Extracti mei anodyni in pilulas redacti gr. 1½ exhibuissem, tantum abfuit somni aliquid exinde obrepere ut potius orgasmus uteri, qui jam à plurimis horis penitus conquieverat confestim et atrociter redierit, fœtumq; annitente obstetrice salva matre atq; incolumi, profligaverit. Facta deinceps à me

Extractum Anodynum Egregium et Nobile.

Sunt hujus effectus nunq non
felicia experimenta quam
plurima: ut de Virtute Extracti
Anodyni, in fœtu seu vivo seu
mortuo s. naturaliter sive
vitiose locato deturbando,
minime sit ambigendum

Dosis à gran. j ad 3. vel ad summū 4.

DE PUERPERIS.

Sphacelus uteri interdum inde provenit, quando puerperæ, illam vetularum consuetudinem, qua omnibus puerperis, si puerperium felicem ad finem perducere velint, bis aut ter per aliquot horas largissime sudare, lege quasi quadam sancitum est, observant, vid. Act: N. Cur. Vol: II p. 328. seqq.

GN

Aer qui contagiose præsumitur
Miasmata venenata corrigi debet
accensis baccis atq fruticib Juniperi
foliis absynth. et ruthæ itemq
Cornib varii generis à Senerto com-
mendatur et seq.

℞ Bacc. junip. Mjv.
ãã rut: Sabin
rad. Helen:
Cortic: Ext. Betul
Corn: Hirc: rasp: ãã Mj
fol. querc
Myrrh: ãã ℥j
M. f. pulv: vid: Diss. Celeber.
Wolf: Wedelii de literatorum
diæta quæ exstat in Tom. VIII.
et erit Diss. 24.
Plura de aere vid: in Hoffman.
Medicin Systemat. Tom. 1. p. 518 seq.

B.	Pag:	B.	Pag:
		Bubones in febr. malig: quomodo tractand:	241

D.	Pag.	D.	Pag.
		Dysenteria	218.
		singultu in illa	219

F — Pag:

F — Pag:

F Pag. F Pag.

G. Pag: G Pag:

K	Pag:	K	Pag.

M.	Pag:	M.	Pag.

N.	Pag.	N.	Pag.

Q.	Pag.	Q.	Pag.

R. Pag.

R. Pag.

R.	Pag.	R.	Pag.

V. Pag. V. Pag.

W.	Pag.	W.	Pag.

X	Pag.	X	Pag.

Y	Pag.	Y	Pag.

Z	Pag.	Z	Pag.

